

No. 5166

HYMNI

&

ORATIONES

Ecclesiæ

PER

Antonium

Weyns

~~100~~

5186

16 - 9

1a

5166

(1) b.15965673

Y

H Y M N O
R U M R E C O G N I T I O P E R
A N T O N I V M N E
B R I S S E N .
C U M A V R E A I L L O R V M
E X P O S I T I O N E .

Adiecumus etiam nōnullos proprios sanctorum
 hymnos : a Petro Nūnio Delgado
 Præsbytero. B.M. Diluci
 datos. Quos omnes
 ab ultima ope
 ris pagi
 na:
q[uo]d proxima est: aperte
 demonstrat.



Cum Príncipum Fruilegio.

APVD INCLYTAM GARNATAM
 Mense Decembri.
C. M. D. XXXIII.

BIBLIOTeca UNIVERSITATIS
 18

Don Juan Pablo Gianado, Capote

RECOGNITIO

AELII ANTONII NEBRISSENSIS

Grammatici recognitio Hymnorum ad Salmā
ticensis Academiae Senatum sapientissimū
Feliciter.



I vestris in me bñficijs P. C. q̄ fuerunt mihi ipsa va-
rietate meorum temporum vel in prosperis rebus
meis iucunda; vel grata in aduersis; par ac mutua
voluntas redderetur; nullum esset opus ab ingenio
meo profectum; quod non vñ o potissimum nomi-
ne in vulgus exiret. Sed me huius rei cupidum p-
hibuit partim meus pudor: qui nihil adhuc videbar elaborasse qd'
esset digum ornatissimo isto ordine; partim qd' intelligebam stu-
dia mea plenisq; vestrum fore ingrata; nōnullis etiā suspecta & inui-
sa. Itaq; continui meipsum; ne qua in re vellem obseruatiā & pietā
rem meam erga vos declarare; molestus atq; odiosus essem. Nunc
vero cum esset miseri in animo dare operā quēadmodum nōnulli
codices ex sacris & ecclesiasticis litteris de prompti quā emendatissi-
mi imprimantur; quos auditoribus meis legendos proponerem.
auspicatusq; essem ab hymnorū volumine; qd' erat tū mendis tū
carminum confusione depravatum; visum est hunc laborem me-
um splendidissimo nomini vestro dedicare. Non q; me existimē ex
alieno opere sola prefatione aliquam bonam gratiam a vobis au-
cupari; sed vt censurę atq; iudicio vestro subiicerem hanc emenda-
tionem meam; in qua sum ausus nōnulla errata que per omnes li-
bros passim reperiuntur; ad lineam veritatis reducere. Quod si in
telle ero sapientię vestre singulari hos labores meos esse non iniu-
cūdos; neq; à me frustra suscepitos: aggrediār deinceps aliud opus
qd' sit & ingenij mei viribus & autoritate vestra magis dignū. Sed
cuiusmodi sint terrores; quos in hoc volume deprehēderim; breui
demonstrabo. Est in principio operis mēdū qd' oēs libri uno con-
sensu arripuere: & quod nemo est (si modo purgatam habeat au-
rem) qui nō fateatur esse vitiū manifestariū; in loco illo. Nos mor-
te victa liberet; pro quo ego iurarem ab autore carminis fuisse scri-
ptum; liberat; cum ordo ipse & contextus orationis hoc desideret.

Nā hortatur

Nam hortatur nos vt torpore somni excusso ad orationem dominico die surgamus: quo & mundus est conditus & xps resurgens nos morte victa liberauit. Nā liberat: hoc loco eo modo positū est: pro liberauit: quo in. iij. eneid. Vergiliū positū est. Omnis humus fumat neptunia troia. qd Seruius exponit pro fumauit.

Neq; enim putamus aut optamus vt liberet nos morte victa: cum verborum series sit in cōsequens: sed adducimus causam cur nobis tali die surgēdū sit: hoc est qd Christus resurgēs morte victa nos liberauit. qd & alio loco ecclesia canit. Qui mortem nram moriendo destruxit: & vitam resurgendo reparauit. Prima nāq; hymni pars narratiua est: secunda vero de precatiua cum subditur: ita nūc paterna claritas. In eodem p̄terea hymno & in alijs emendauiimus pro paraclyto penultima breui paracleto: vt potius paracleto penultima longa & in eadem accentu acuto. In sequenti hymno Iesu labētes respice: pro labētes labantes reposūmus ex ratione carminis: quae in secundo versu habet iam bim: quare non labentes cum primam labor laberis producat: sed labantes a labo labas: quod primam breuiat. Quod & Mamotrectus adnotauit.

Quod vero sequitur. Si respicis lapsos cadunt: contrarium dictei. qd petimus. quare legendū potius si respicis lapsus cadūt: id est cessant & tolluntur. sunt autem lapsus: loca lubrica ad cādēdū obnoxia. Vergi. ij. enei. pedibusq; rotar; sub iūciū laps;. Est p̄terea in quarto hymno scriptū. Pellat langorem: p quo debere scribi angorem ex ratione carminis facile apparent. Nam quēadmodum in apparatu diximus. Carmen est saphicū: quod constat trocheo spondeo dactylo & duobus trocheis. Ex quo fit ut quamq; sensus indifferenter angorem & langorem possit accipere: ratio tamen carminis nullo modo languorem admittat.

Quod si dixerit quispiam rectius saluti quam tribui petimus languorem: quam anguorem opponi. Possem ego responderē p̄tam citius fuisse transgressorum leges elegantiae q; carminis: sed potius illud placet angorem recte positum esse hoc loco: cum non multum distet a langore: comisit angor quemadmodum Cicero diffinit thusculanarum questionum

RECOGNITIO

libro quarto.) Aegritudo premens. Lāgor vero ægritudo crucians.

In hymno Somno resectis artub⁹ lucis labescat munere: lege tulabascat pro labescat, quia vt in superioribus dixim⁹) la bor laboris: a quo est labesco labescis primā producit. Labo rias, a quo est labasco, is, primā breuiat; quod hoc in loco desi deratur; quia iambus est necessarius in secundo loco.

In hymno Splendor paternę gloriæ. Casus forcundet asperos: lege tu casus secundet asperos. i. secundos & p̄speros faciat; non forcundos, id est fertiles & copiosos, qd' esset cōtra riū ei: quod petimus, quum præsertim syllaba repugnet: q̄ in secundo loco debet constituere iambum.

In hymno Telluris ingens cōditor propulsis atq̄ molestis. Ex eadē ratione emendauimus pulsis aquę molestijs, vt stet ver sus, haheatq̄ in secunda sede iambum. Nā moles aquę prohibet terram esse stabilem,

In hymno Nox & tenebre & nubila, rebusq̄ iam color redit: sic legendū est, non calor vt pleriq̄ omnes codices habēt ex lectione originali ipsius Prudētij; & ratione cōtextus, quia luce adiumente omnia recipiunt suū colorem: qui per nos etiā tenebras videri nō poterat dicēte Vergilio. Et reb⁹ nox abstulit atra colorem.

Nox atra rerum contegit terrae colores: sic est legendum: non calores, vt statim diximus, in plerisq̄ codicibus legi, nō repugnante ratione carminis: sed sensu & mente autoris.

In hymno Vox ecce clar a intonata b æthere Christus promi cat, lege ab æthra vt stet ratio carminis quae nō recipit ana pestū in tertio loco, cum præsertim idē prop̄ significat æthra quod ether.

In hymno O gloria domina, legendum fœmina non domi na, tū ex lectione antiqua, tū ex ratione carminis: quod habere debet in tertio loco iambū aut spondeum / non pyrrhichium & in eadē pro lactasi sacro vbere, lege / tulactas scarato vbere, ex eadem ratiode carminis.

In hymno Lustra sex qui iam peracta; Agnus in cruce leua tur, lege

RECOGNITIO.

FO. III,

tur. lege agnus in crucis leuat immolandus stipite. Ut sit ordo agnus leuat im molandus in stipite crucis. & stet versus q[uod] ali as claudicaret; qui debet habere trocheū necessario in tertia sede.

In hymno Sanctorum meritis. Calcarunt omnia. Legendum est calcarunt hominū; quoniam alias no staret versus, qui debet habere dactylum in secundo loco. Ex veteri librorū lectione.

In hymno Rex gloriose martyrum. Qui respuentes terrena, cœstigatu terrea; quia debet esse labus in quartafede; nec potest recipere longam in penultima syllaba.

In hymno Iste confessor. Hodie latus; legendum hoc die latus. Vt sit trocheus in primo loco & nō pyrrhichius si hodie legat.

In hymno Iesu corona virginum. Qui mater illa concepit. Legendū cōcipit; vt sit præsens pro præterito & stet versus qui (vt diximus) non recipit spondeum vel trocheum in quarto loco.

In hymno Virginis proles. Legitur secrera scandere cœli; pro eo quod esse debuit sacra scadere cœli. Nā cum secreta primam, producat esset spōdeū in quarto loco; cū cebeat esse trocheus.

Prologus

FINIS.

A ij



autem mitiorumq[ue] p[ro]p[ri]e t[em]p[or]e si h[ab]et latitudinem
Glossorum in i[n]f[er]no h[ab]et latitudinem ad e[st] modum in latitudine. Ad
e[st] modum extensus est etiam beatus in latitudine. Q[ui] minima erit latitudine
in latibulis suis. ut in H[ab]itu nobis auditis multo in ampli
gloriis.

Prologus.

Sequitur prologus hymnorum.

Tminus dicitur laus Dei cum canticō. Quattuor fuerunt principales autores qui hymnos cōposuerunt; scilicet Gregorius; Prudētius; Ambrosius. & Sedulius. Sed quidā vir prudēs nomine Hylarius; vidēs illos multos hymnos cōposuisse; dignum duxit q̄s-dā in vnum colligere; & cōpēdiose cōponere brevē.

& utilem tractatum; in quo omnes hymni utiles maxime essēt. Prima intentio fuit describere illos qui cantant in prima feria; & sic deinceps scđm ordinē. Utilitas maxima est: ut per lecto libro cognitionem habeamus unitatis & trinitatis. Supponitur theorice; id est diuinę contemplationi.

Ced quia mentionē fecimus de feria videamus qđ sit feria. Feria est solēnis dies. Beatus enim Silvester videns hebreos dicētes pris mas sabbati; scđa sabbati; & sic deinceps. Similiter videns gentiles nominis suorū deorū vel stellarū poluisse; ut dies lunae/diea martis &c. Noluit imitari mores & sectā eorū; scilicet hebreorū & gentilium. Sed loco huius inuenit hoc nomen feria. Sed in fine septimanę seruauit sabbatum; qđ fecit ad figurā; qđ sabbatum interpretatur requies. Et nos per totā hebdomadā; id est per totū spaciū vitę nřeqđ currit spacio septem dierum; debemus laborare; & nisi summo conamine; ne; ut paenitentiam ad requiē & ad eternā beatitudinem. Unusquisque hymnus habet suā materiā. In illis quisunt de nocte accipit materiā ipsum tēpus; id est significationē ipsi⁹ tēporis; scilicet ut expellat a nobis tenebras ignoratię & vitiorum & informet nos virtutib⁹; & sancti spiritus charitate. In illis vero quisunt de die accipit materiā ipsum lumen; & vult deprecari deum; ut quē admodum illuminat noſ ſua claritate & splēdore ſolis in corpore; ſic illuminet nos sancti spiritus gratia in mente. Amen.

Antonius Nebriss. in vnu quodq̄ hymnorum genus.

Carmen est dimetrum Iābicum archilochium monocolō orthometrum. Quod canitur ad horas nocturnas certis quibusdam diebus dominicis. Hortatur christifideles. ut excusso

excusso nocturni tempotis sonno surgat petituri admissi
peccati veniam: & futuri præsentationem & immortalis
vitæ beatitudinem.



Rimodierū om:
Quo mundus
extat cōditus:
Vel quo resur-
gens conditor
Nos morte yicta
liberat,

Pulsis procul torporibus
Surgamus omnes ocyus:
Et nocte queramus pium
Sicut prophetam nouimus.

te vitoriū ad vitā & gaudiū sempiternū resurgamus in die iudicij quo bona bonis: mala malis reddētur. Descensus fiat ad līram. Ego dico dñi: cū diem maiore esse aljs omnibus, quia mundus fuit conditus: & xps surrexit eodē die: ergo habet primatū super alios dies. Ergo maior est aljs diebus. Locus est a partibus sufficienter enumeratis vel à positione antecedentis.

O Fratres oēs surgamus in primo dierum omnium. i. in dominica die (ocys) idest citius quam in aljs diebus (quo) scilicet dominico die. (mundus extat conditus). idest factus (vel) pro & (quo die) conditor. idest creator omnium creaturarum existens vita nostra sed secundum apostolum resurgens a morte (nos liberat) ab inferno vel ab poestate diaboli. (Surgamus) dico a nostris torporibus : idest a peccatis & virtijs. Et non solum modo surgamus: sed queramus per obseruationem mandatorum (pium) idest Deum in hac nocte. (sicut nouimus prophetam) David Deum quesisse sicut ipse ait. Psalmus centesimo decimo octauo. Media nocte surgebam ad confitendum tibi & cetera. Iterum psalmo sexto. Lauabo per singulas noctes & cetera. Vnde in homilia beati Gregorij legitur de quodam qui postquam aliquantulum soporis corporis suo diecisset: extra medianum noctem surgebat & vigilans per orabat: qui tandem hoc fecit donec facta est vox de celo a domino: dicens. Pecatum tuum dimissum estib⁹. Ocyus & ocyssime aduerbia sunt comparationis sine positivo latino: sed exeunt ab ocy⁹ grace: vnde etiam est ociterpro cito: quam prompte.

Surgamus

A iiiij

Gregori.
Ocyus.
Ocissime
Orerj.

De tempore.

Surgamus inq & q̄ramus piū (vt
audiat nreas p̄ces). i. or ones p̄ vitā
dis vitis & q̄rēdis v̄ tūtib⁹ (porri
gat suā dextra). i. auxiliū (vt nos
expiatos). i. absolutos & purgatos
(sordibus). i. a vitis vel a sordibus
vitior̄: reddat. i. a sedibus poloꝝ. i.
celorum & angelorum id est ponat nos in cœlo.

Nostras preces vt audiat:
Suamq; dextram porrigit:
Vt expiatos sordibus
Reddat polorum sedibus.

Reddat inq nos poloꝝ sedibus
vt muneret supple nos (beatis dos
nis). i. donis coelestibus (quicq;). i.
qcumq; (psallimus). i. canimusei. s.
dñō (quietis horis). i. horis noctis
(in sacratissimo tēpore) quo Xps
resurrexit (tempore) dico huius diei scilicet dñice vel muneret in sacra
tissimo tempore huius diei. i. in die iudicij qui dicitur sacratus: quia ibi
bona bonis: mala malis redditur. Sed quia sup̄iora per nos habere neq;
mus: vertit se nunc ad filium: & monet nos q̄p̄cēmūr. ipsum quatenus
omnis libido. omnis macula & alia mala facta a nobis remoueantur.

Vt quicq; sacratissimo
Huius diei tempore
Horis quietis psallimus;
Donis beatis muneret.

Clam postulamus te nūc o paterna
claritas (afatim) id est abundanter
(vt libido id est luxuria & mala cō
cupiscēta. libido dico (sordidās)
corpora nra (& omnis actus noxi
us). id est nociuus: id est omne mali
opus (absit. id est lōge sit remotum
ne animatum corpus sordescat. A/
facit aliquando cum vnicō. f. scribitur. & est compositum ex a & fabi
le quasi abunde & non dicibiliter significet. & correpta antepenultima.
si v̄ero scribatur cum duplici. ff. significat facunde. & antepenultima p̄f
ducit.

Iam nūne paterna claritas
Te postulamus afatim;
Absit libido sordidans
Omnisq; actus noxius.

Afatim.
Afatim.

Et iō te postulamus (ne foedāsit)
id est sordibus plena (vel lub rca.)
id est labilis ad luxuriā (cō pagō nrī
corporis) id est cōiunctio nrī corporis
& anime: q̄ tūc dicitur foeda qn̄ ca
ro p̄est virtuti. & ratio est pulchra
qn̄ p̄dominatur corpi. vel deprece
mūr ut caro subeat mēti (p̄ quā). s. cō paginē (crememur) anima & corpe
id est cruciemur (acrius) id est valde acriter (ignibus) id est doloribus (a
uerni. i. inferni. A uernus dī ab a q̄d est sine & ver veris q̄d est delectatio
quasi sine vere. i. sine delectatiōe. A uernus est locus in inferno vbi est sep
ignis: in quo imp̄n̄ cretabuntur qui in hac vita p̄ immūdiciā exarserūt
Additio. Auernus. Strabo. lib. v. contiguus baſis lucrinus adeſt ſinus in.

Nefoda sit vel lubrica
Compago nostri corporis
Per quam auerni ignibus
Ipsi crememur acrius.

Strabo.

tra quem auernus est: & dicitur quasi sine auibus. hoc est au
bus in accessus ob̄ grauitatem odoris testis est Seruius sup. vi. geneid os.
Vbi autem est (per quam auerni ignibus.) poteris dicere per quod scili
cet corpus. & ego vidi textum.. Et quia

Seruius.

Ob hoc redemptor quesumus
Vt probra nostra diluas;
Vitæ perenís commoda
Nobis benigne conferas,

Quo carnis actu exules
Effici ipsi celibes; i effici
Vt præstolamur cernui
Melos canamus gloriæ.

i facti (celibes). i. vitam virtuosam & celestem ducetes (vt præstolamur)
i expectamus & speramus (nos inç cernui). i. inclinati & oculos sursum
tenentes ad dñm (canamus). i. pteramus (melos). i. catu ore & corde (glo-
rie). i. ad honorem tue laudis. Bene enim cantant qui a bonis operibus
non cessant.

Præsta pater piissime
Patris compar vñcice:
Cum spiritu paracleto
Regnâs p omne sœculū, amē.

idest consolatore (per omne sœculum). i. ante omnia secula (presta). i. do-
na nobis ea q supra orauimus (amen). i. sine fine & sine defectu. i. sine ini-
tio & sine fine.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur ad laudes ma-
tutinas certis quibus dā diebus dñicis. Et quia luce aduen-
tante gallus canit; alludēs ad illud qd' Iesus post tertium galli-
cantū. Petrum respexit; cōdonationē peccatorū pcatur.

A Eternæ rerum conditor
Nocie diæ p̄g regis;
Et temporum das tempora;
Vt taleues fastidium.

ut anima. Sép̄ternū est qd' nec habuit principiū sub tpe nec habebit finē
sicut eternū. Tpale est qd' incipit cum tpe & habet finē: vt corpus nřm.

Cōstrue (Eternæ rerū cōditor.). i. factcor. Cōdisor nomē est verbale a cō-
do qd' cōponitur a do qd' proprie significat abs cōdo quasi in vñt inten-

Et ga timemus ne ignibus creme-
mur (o redemptor quesumus). i.
rogamus & cū desiderio q̄rimus
(ob hoc) idest ppter hoc (vt dilu-
as nřa probra) idest pectā q̄ pbrāt
idest vituperāt & maculant animā
& corpus (& cōferas). i. concedas
(nobis cōmoda). i. vtilia perpetua
(pennis vite). i. aeternę glorię.

(Quo) pvt (exules) nos pegrini
a coelesti patria (actu). i. opatione
carnis: quēad modū qui est alienus
patria dñ exul & peregrinus: idest
lōge remotus a p̄ia: sic & nos per
op̄a vitiosa & peccāta efficiuntur exu-
les a coelesti p̄ia (nos ipsi effecti)

i. facti (celibes). i. vitam virtuosam & celestem ducetes (vt præstolamur)
i. expectamus & speramus (nos inç cernui). i. inclinati & oculos sursum
tenentes ad dñm (canamus). i. pteramus (melos). i. catu ore & corde (glo-
rie). i. ad honorem tue laudis. Bene enim cantant qui a bonis operibus
non cessant.

Op̄issime qui piaſti. i. in undasti
nos a vitis (pater). i. o creator & au-
tor omnium rerū & (o vñcice) idest

Christi fili Dei viui. vñcideco (co-
par) idest equalis secundū diuinita-
tē (patri) idest omnipotē: in pug-
lio cœlum & terrā continēti (tu di-
co regnans cū spiritu paracleto)

idest consolatore (per omne sœculum). i. ante omnia secula (presta). i. do-

na nobis ea q supra orauimus (amen). i. sine fine & sine defectu. i. sine ini-

tio & sine fine.

Materia huius hymni est cōmens-
datio & laudatio altissimi Dei oīm
cōditoris: q̄ eternus est. i. sine initio
& fine. Et distingue quid distat in-
ter eternū ppetuū sempiterñ tpa-
le. Aeternū est qd' caret principio & fi-

nevt deus. Perpetuū habet principioū perpetuū
cum tēpore & nō habebit finē:

Aeternū.
nevt deus. Perpetuū habet principioū perpetuū
cum tēpore & nō habebit finē:

Sép̄tinū.
Tēpale.

diferat
Cōditor.

Variando los tiempos con los cuales temps del año varian
los tiempos con los cuales temps del año varian

Expositio hymnorum.

Vergili. riorē locum do. **Vergi.** Scandunt rursus equū: & nota condunt in aliis.
Salusti. Ponitur tñ aliquid pro cōstruo quasi simul do. **Salustius.** Vrbē Romā: si
Plinius cutiego accepi condidere atq̄ initio habuere troiani. Significat etiā res
 pono. **Pli.** Formicę condunt & estate fructus quibus hyeme fruantur. Po
 nitur etiā p cōpono. idē. **Pli.** Opus cōdīdit ppetuo oībus legēdū. Aliquā
 ēt p recōdo ac sepeliorū sepulchrū, cōditorū appellat. **Pli.** Post condi
 tū monumēto corpus. Idē. Tā rara in amicis fides tā parata obliuio mor
 tuorū vt ipsi nobis debeamus cōdatoria construere omniaq̄ heredū offi
 cio psumere. A cōdo dicit cōdīcio & scribit sine c. q̄ est qdā dispositio &
 veluti sors fortunārū tēporū & ēt rerū. **Cicer.** O misera cōdīctionē ad
 ministrandi cōsulatus. **Aurelius.** Ea tēporū cōdīcio erat vt ne cōqueri q
 dē de iniūrijs fas esset (qui regis). i. disponis & gubernas (noctē). i. pctō
 rē vel diabolū (& qui regis diē). i. iustū (& das tpa). i. diuersitatis (tē
 porū). i. spacio & huius vite (vt alleus fastidiū). i. remoueas labore no
 strū. Fastidiū a verbo fastidio fastidiis deriuat qd̄ significat cū fastu quo
 dā cōtēno: fastus enim significat sapientia siue elationē cū quadā iactātia v
 borū & est quartē declinationis. fastus autē scđe declinatiois est liber fas
 stor. Aeterni dei sapiētiāt homini subleuaret fastidia tēpora. mira dele
 statione variauit. Nā si semp nox esset: homo defficeret & periret torso
 re & inertia ppter tenebras: & si semp dies esset: miser homo nimis labo
 ris studio affectus ēt periret. Et ideo dñs misertus n̄ i: diei & noctis spa
 ciū posuit & eternum & temporib⁹ tempora dedit subeunt ia. Et nota
 q̄ quemadmodum annisunt quattuor partes vel quattuor tempora: eo
 dem modo homo constat ex quattuor elementis.

(Preco diei). i. ioānes (vlp̄cōdiei)

.i. xp̄i (ā sonat). i. nūciat (diem). i.

xpm̄ (p̄co dico puigil noctis pfun
dē). i. iferni pfundi (nocturna lux)

lioānes q̄āte lucē surrexit: vt luce

ret hoib⁹ q̄erāt i tenebras huius,

mūdi (viātibus). i. volēt: bus ire ad

xpm̄ (est segregas noctē a noctē). i.

pctm̄ a pctōre. q̄a q̄s vult assumit: quos vult in suo sinit errore. V el aliter

cōstrue (Preco). i. dñs nr̄: q̄ est pmiū suis (diei). i. p̄ris (ā sonat). i. manis

festat euāgelicā p̄dicationē p̄ p̄dicatores suos: ipse dico (puigil). i. cognoscens

noctis p̄funde) culpā & (nocturna lux) suppleuet (viātibus). i.

p̄sens ecclesia q̄ lucet in huius mūdi tenebris: & (segregans noctē). i. discen

nens vnāquamq̄ animā peccatricē agentem penitentiā de cōmisilis (a no

cte. i. ab illa peccatrice anima: que ex tōto corde Deū reliquit: ita q̄ non

vult eam venire ad p̄enitentiam.

(Hoc excitatus lucifer). i. q̄ dñs p̄

dicite vel ioāne (lucifer). i. verus p̄

dicator lucē diuinę grē ferens alios

(excitatus inq̄ soluit polū caligine)

Erronū n̄. i. aiām fidelem ab omni nigredine

errorē les vitiorū: & (hoc oī chorus errorē)

gīc An. i. exercitus maligni diaboli (defes

tonius). i. relinquit. Desero em̄ est idē

Preco diei iam sonat

Noctis proflinde perugil.

Nocturna lux viantibus

A nocte noctem se gregans.

Hoc excitatus lucifer

Soluti polum caligine

Hoc omnes errorē chorus

Viam docendi deserit.

qd̄ relinquo

Expositio hymnorum.

FO. VI.

q̄ si teli quo. q̄ si nō amplius h̄e reo. Terēti. Si deseris nos tu p̄imus. Hinc Desero.
 desertū locū appellamus inhabitatū q̄ si ab hoībus derelictū (viā nocēdi) Terēti
 s. Iesu excitāte. & p̄tōr currit ad portū. i. ad xpm vt ibi regescat. & vi
 res boni opationis resumat. & p̄cone canēte oīs deceptio diaboli v̄l exer
 citus eius. Vcl chorus. i. cōuēticulus error. i. hereticorē deserit viā suā. i.
 maledictā sectā (nocēdi). i. faciēdi alijs nocumētū vel i pedimētū. Etīa cho
 rus aliquā est vētus flans aduersus aglonē q̄ a grēcis vocat argestos sine. h.

Corus i
ventus.

Hoc nauta vires colligit. to ^l
 Pontic⁹ mitel cum freta ^l as tollas
 Hoc ipsa petra ecclie
 Canente cul pam diluit. ^l Desap

¶ Sicut nauta p̄ nimio dolorenōctis
 fatigatus tēdit ad portū vt ibi re
 coligat vires alijntulū regescēs: sic
 aia fatigata in nimio laborevitioꝝ
 & p̄tōr tēdit ad portū. i. ad xpm
 p̄ cōfessionē vt ibi regescat & vi
 res bone opationis recolligat. Con
 strue (Nauta). i. nauis ducto (colli
 git vires). i. virtutes (hoc). s. Deo (p̄) p̄ & ip̄o xpo (freta). i. ebulitiōes
 vitiorē (pōti). i. huius mūdi (mitescunt). i. māsuescunt. & hoc s. p̄ xpm
 (ip̄m petra ecclie). i. Petrus qui est fundamenta ecclie (diluit canendo)
 i. flendo & p̄nitendo (culpā trinę negationis: quia ter negauit dñm).

¶ Et quia gallus). i. xps vel p̄dicas
 tor nos exeat ad bñ agēdū (surga
 mus) scilicet a p̄tis (strenue). i. fe
 stinanrer (gallus excitat). i. cōmo
 uet ad p̄cētētiā (iacentes). i. in
 peccato lapsos vel existētes. & (gal
 lus increpat). i. redarguit (soimnos
 lētos). idest in pec̄tis permanētes:
 q̄a sicut ille qui dormit vagus & ineptus est ad omne opus: sic anima in
 peccatis manens inanis efficitur Deo. & gallus arguit). i. rep̄hēdit (negā
 tes) idest nolentes surgere de peccatis:

Gallo canente spes redit,
 Aegris salus refunditur;
 Mucro latronis condituri
 Lapſis fides revertitur,

¶ Gallo canente). i. p̄dicatore p̄dica
 te (spes redit). i. fiducia recuperan
 di salutē reditur (& salus). i. vita et
 erna (refunditur). i. largitur p̄ p̄
 nitiā (egris) idest peccatoribus
 (mucro latronis cōditur). i. insidie
 diaboli: quę vt mucro cedūt homi
 nes. & cruciant animā eternaliter.

¶ sic gallo canente fides lapsis revertitur.

Iesu labentes respice

Et nos vīdendo corrige,
 Si respicis; lapſius cadunt
 Fletuꝝ culpa soluitur.

¶ Et quoniā gallo canente spes re
 dit. O Iesu saluator mūdi (respice)
 s. mia tua (labētes) i p̄tis (& nos
 Videōs). i. miscrendo (corrige). i.
 castiga nos (si respicis). i. si misere
 ris (lapsos). i. labentes quia p̄tis
 resurgent (peccata cadunt) idest pec
 lentur (p̄) pro & (culpa) idest pec

Labātes.
 emēdat
 Anto.
 Lapsus
 cadunt se
 gēdū īs
 quit An
 tonius.

catū (soluit). i. purgat (fletu) idest lachrymarum genitū.

Additio. Fletuꝝ c̄spa soluit. melius diceret fletuꝝ c̄pa v̄ tīt. i. cōmutat
 in ventiam.

Et peccata

Expositio hymnorum.

Tulux refusge sensibus:
Mentisq; somnum ^{aperte} dilucite:
Te nostra vox primū sonet:
Eto p̄fallamus tibi.

i. laudet (te) idest nomē tuū: (o Christe primū idest maxime (& psallamus). i. applaudamus (ore) scilicet voce & corde tib. is ad honorem tuū.
i. remittitur ideo (O tulux) idest o
tu x̄pe quies lux mūdi Ioānis p̄mo
illumina n̄as mentes (refulge sensi
bus). i. illumina n̄as mentes (& dilu
cute). i. remove (somnū mentis). i.
pectū & toror pēnīm: & hoc ad ho
nore tuū scilicet (vt n̄a vox sonet)

Carmen est sapphicum endecasyllabum orthometrum mo
nocholon tetrastophon. Canitur ad horas nocturnas cer
tis quibusdam diebus dominicis. Hortatur Christianos
ad laudes diuinās vt consequamur vitam æternā.

NOcte surgentes vigilem⁹
omnes:
Semper in psalmis medite
mur atq;
Viribus totis dño canamus
Dulciter hymnos.

Mat. xxv
cantare laudes & hymnos. int̄atio vt surgamus de vijs & ad h̄greamus
virtutibus. Distinguamus ergo sic. (O fr̄es nos omnes surgentes nocte)
idest de peccato (vigilemus). i. p̄seueremus in Dei laude (semper). i. sine
fine (in psalmis). i. in bonis opibus (meditemur). i. p̄seueremus vigilando
(& canamus). i. psoluamus (dño). i. saluatori n̄o (dulciter). i. suaviter
(hymnos). i. laudes: s. (totis viribus). i. animo & corpe. Vigilare enim de
bemus sine fine: q̄a nescimus q̄n veniet dñs an mane an sero an media no
cte. Nocte dixit q̄a de nocte venit dñs. s. nubibus. i. in velamine carnis q̄
fuit quasi nox q̄n incarnatus fuit de b̄ta virginē: q̄a Deitas latebat in car
ne. & ideo nocte. i. in hac p̄sente vita: vigilare debemus: & nō tota nocte
dormire q̄a in nocte venit dñs. Vñ dñ. Vigilate q̄a nescitis diem neq; ho
rā. Et ideo vigilemus in p̄sporis & in aduersis: nō desinētes aut bona opera
interumpentes & omittētes lassemur: sed iugiter & indefesse Deo serua
mus. Unde nō qui incepit: sed qui perseverauerit usq; in finem saluus
erit. Inchoata enim virtus non perficitur: nisi ad finem perducatur.

Vt p̄io regi pariter canentes
Cū suis sc̄tis mareamur aula
Ingridi cœli simul & b̄tam
Ducere vitam.

In hoc hymno nos hortando ad
monet Gregorius: vt quamdiu in
hoc mundo laboramus ne nocte. i.
pectō subditi simus. sed cum omni
studio p̄executione honorum ope
rū vigilemus: q̄a si vigilia n̄a soli
deo int̄edēdo fuerit prouida ad au
res Dei p̄cul dubio perueniet. Ma
teria huius hymni est laudatio no
minis Dei & ipsi tortus viribus de
surgamus de vijs & ad h̄greamus
virtutibus. Distinguamus ergo sic. (O fr̄es nos omnes surgentes nocte)
idest de peccato (vigilemus). i. p̄seueremus in Dei laude (semper). i. sine
fine (in psalmis). i. in bonis opibus (meditemur). i. p̄seueremus vigilando
(& canamus). i. psoluamus (dño). i. saluatori n̄o (dulciter). i. suaviter
(hymnos). i. laudes: s. (totis viribus). i. animo & corpe. Vigilare enim de
bemus sine fine: q̄a nescimus q̄n veniet dñs an mane an sero an media no
cte. Nocte dixit q̄a de nocte venit dñs. s. nubibus. i. in velamine carnis q̄
fuit quasi nox q̄n incarnatus fuit de b̄ta virginē: q̄a Deitas latebat in car
ne. & ideo nocte. i. in hac p̄sente vita: vigilare debemus: & nō tota nocte
dormire q̄a in nocte venit dñs. Vñ dñ. Vigilate q̄a nescitis diem neq; ho
rā. Et ideo vigilemus in p̄sporis & in aduersis: nō desinētes aut bona opera
interumpentes & omittētes lassemur: sed iugiter & indefesse Deo serua
mus. Unde nō qui incepit: sed qui perseverauerit usq; in finem saluus
erit. Inchoata enim virtus non perficitur: nisi ad finem perducatur.

Canamus hymnos (vt nos canen
tes). i. laudes psoluētes (pio r̄gi). i.
xpo (p̄ter). i. corpe & anima mera
mur ingredi (aulā cœli). i. regnū e
terne b̄titudinis. Aule domus dñr
regiē siue p̄ncipū (& ducere). i. ha
bere simul vitam eternam vel (bea
tam) idest puram vel sanctam.

Prestet

Præstet hoc nobis deitas beata
Patris ac natu pariterq; sancti
Spiritus, cu^r reboat in omni
Gloria mundo.

Dixi q; debemus canere p regi: vt
mereamur cœli ingredi ianam(&
beata deitas) id est deus unus scilicet
pater & filius & spiritus sanctus
(præstet). i. donet nobis (hoc). i. q;
supra orauimus(gloriæ cuius). i. la
us cuius deitatis(reboat). i. reso-

nat. Vergilius. Reboant silueq;. & magnus olympus(in omni mundo). i.
vbi cuncti: vnde dicitur. Quicquid in mundo fit per ipsius fabricationem
fit scilicet domini: per quem deum & in quo sunt omnia. Omnia enim:
illi soli famulantur. Cœlum & terram ego implebo dicit dominus.

Vergilius

Carmen est quale illud nocte surgentes. Canit ad laudes ma
tutinas certis quibusdam dieb^y dñicis. Christianos excitat
sublucem: ut dei misericordiam implorent.



Cce iā noctis te-
nuatur vmbra:
Lucis aurora rutin-
ans coruscat.
Viribus totis ro-
gitemus oes
Cuncti potentem.

operatione. Cōstrue(Ecce vmbra). i. ignoratiā vel obscuritas (noctis). i.
diaboli(iā tenuat) id est annihilat(aurora lucis). i. xp̄s p̄is cognitio. Au-
ora ab aura dicitur: quia tūc aēr incipit splēdescere. Aura enim splēdorē si Aurora.
gnificat. Verg. Discolor. vñ aurū p̄ ramos aura refulsit. Horatius: Tua re Vergilius.
tardet aura maritos. Hinc aurū deduci p̄p splēdorē eiusdē metalli . Aliz Horatius.
qñ ēt aura p̄vēto ponitur. Vergi. At illi dulcis cōpositis sperbat crini-
bus aura. Ponitur etiam pro afflato & fauore. Idem. Nuuc quoq; iam
nimium gaudens popularibus auris(rutilans). i. splendorē emittens (co-
ruscat). i. splendet. Vnde Vergi. Pénisq; coruscant. i. splendent. Et nota q;
sicut aurora depellit noctem: sic Christus deuincit diabolum quia Chri-
stus est princeps nostre humanitatis(aurora). i. xp̄s. i. quasi aureum co-
lore habens: quia coruscat ideo(rogitemus omnes). i. deprecemur. Ro-
gitare verbum est frequentatiuum a rogo rogas. & significat frequēter
& cum attentione rogare(viribus totis). i. cū omnibus viribus animæ
& corporis(cuncti potentem) quia omnia in sua potestate sunt.
(Ut deus noster miserere nos stet). s. quia miserēdo nos redemit(pellat)
. i. remoueat omnem lāgorēm). i. omne peccatum. Lāgor proprius est idē Langor.
q; torpor & inertia. Vnde. Cice. Nihil aut māg is cauendum est q; ne lan Cicero.
gor se desidiq; dedat. Et pellendo peccatum(tribuat salutem) i. vitam
corporis & anime: quia per dei glām nō p̄prijs meritis vita datur. (do-
net ergo nobis pietate p̄ris) id est ipsius misericordia(salutem). i. incolu-
mitatem

Expositio hymnorum.

mitatem aliquando tamen ponitur pro remedio. Vergi. Una salus vicitis
 nullā sperare salutē. Inde eveniunt salutifer salutaris & saluber. vel magis visitate salubris quod prebet sanitatem. vñ aëre cibum potū locū: multaque hīmō dicitimus salutifera salutaria & salubria regna poliorū. i. aulam cœlorum. Præstet hoc nobis & cetera.

Ādditio. Pellat langorem de ratione versus non potest esse lāgor: sed an-

gorem i. corporis & animæ cruciatum siue angustiam.
Carmen est quale illud primo dierum. Canitur hora
 diei prima orto iam sole. Monet nos petere a Deo
 gratiam; ut per totum diem abstineamus nos a pec-
 catis: ut possimus illum rectius laudare.

CMateria huius hymni est depreca-
 tio ad dñm ut orto sydere. i. xpo di-
 gnetur nos segregare avitjs & nos
 induedo virtutibus: repellat super-
 biam: & nos faciat humiles. & quo-
 niam vmbra noctis. i. peccatum re-
 cessit a nobis: ideo lux vera. i. Chri-
 stus iam habitet in cordibus nr̄is.
 Cōstruesic sydere iam lucis) orto
 i. xpo nato: qui refusit in mundo
 sicut sol iusticiæ: quia redimendo
 eripuit nos de tenebris & vmbra
 mortis: id est a peccato (nos supplices) id est humiles (precemur Deum)
 id est valde oremus ad Deum (vt in diurnis actibus). i. assiduis bonis os-
 peribus (seruet nos a noctibus). i. custodiat & protegat nos a peccatis
 & omnibus aduersis.

CDico ut nos seruet a nocentibus
 gratia Christi (refrenans). i.
 compescens linguam & temperet
 tamen horrortis). i. cōtentio vel
 seductio diaboli (infonct). i. in nr̄a
 corda sonet (visum fouendo conte-
 gat. i. nutriendo & regulando con-
 cupiscentias nostras: & visum sic p-
 tegat & dirigat (ne vanitates hauriat). i. ne videamus ea que videnda non
 sunt: & non solum visus oculorum sit mundatus: sed etiam cordis gau-
 dium vanitatis non hauriamus & in delectationibus & concupiscentijs
 non gaudeamus. vnde dominus ait. Non mihi possunt viuere: qui non sūt
 mortui mundo estimamus enim temere si deo & mundo. volumus per-
 frui. & alibi. Nō est cōuentio Christi ad Belial. Diabolus enim & Deus
 non bene conueniunt: nec in yna sede morantur. Et Deus in euange-
 lio. Nemo

Vt deus noster miserat omne
 Pellat langore tribuat salutē:
 Donet & nobis pietate pris
 Regna polorum.



Am Lucis ortos y
 dere
 Deum precemur
 supplices:
 Vt in diurnis acti
 bus

Nos seruet a nocentibus.

Linguam refrenans temperet
 Ne litis horror insonet:
 Visum frouendo contegat:
 Ne vanitates hauriat.

Ito. Nemo potest duobus dominis seruire Deo. s. mammonē. i. pecunia male acquisit̄ & diuitijs. Et nota q̄ inter amorem Dei & hutus mundi hec est differentia: q̄ anior hutus mundi in principio dulcis esse videtur: sed finem habet amarum. Vnde ecclesiastes. Nouissima autem eius amas rascut absinthiū. Amor Dei ab amaritudine incipit: sed ultima eius duldine plena. sunt hec est salutaris manfio. s. Deus. hec sunt tabernacula iustorum: in quibus vox letitiae & exultationis sonat semp. vbi beati habent. cuius decorum ppheta concupiuit. cuius habitationem optavit. cuius desiderio flagravit.

Sint pura cordis intima;
Absistat & recordia:
Carnis terat superbiam
Potus cibicꝝ parcitas.

Si habeamus parcitatem cibi & potus omnia contrarium supradicta nobis eueniet: nec poterimus refrenare lingua nřam nec nr̄a intuma erūt pura. sed fordida: & horror litis eis associabitur. & sic per haec & cetera

Vt cum dies abscesserit
Noctem p̄ sors reduxerit
Mundi per abstinentiam
Ipſi canamus gloriam.

Deo patri sit gloria
Eiusq; soli filio:
Cum spiritu paracleto
Etnunc & in perpetuum. Amē.

Hos collocauit & suscepit. (Gloria. i. laus sit Deo patri (p̄) pro & (eius soli filio). i. vnic o Iesu Christo. & hoc (cum spū paracleto). i. cōsolatore. Spū sanctus dicitur cōsolator. i. aduocatus primus: ideo quia discipulorum corda que fuerūt moesta de morte Christi reddidit cōsolationē (& nunc) idest in presenti (& in perpetuum) idest sine fine. Amen.

Carmen est quale superius. Canitur hora diei tertia. Quia vt Actuum capitulo secundo scribitur. Sp̄ritus sanctus sub specie ignis diffusus est in Christi discipulos. Itaq; & nos petimus vt inflamati charitate Deū & pximos amemus.

Nuoc sancte

Amor
duplex. s.
mundi &
Dei: & di
fferunt.

C(Intima cordis sint pura) i. mun
da a mala cogitatione (& vecors
dia). i. stultitia quæ facit hominē
vecordem esse (absistat). i. absit a
nobis procul (q̄) pro & (parcitas)
i. abstinentia cibi & potus (terat)
i. imminuat (superbiam carnis). i.
peccatum & stimulos eius: quia ni

CVt cum dies abscesserit a nobis p
mala opera (p̄) p & (sors). i. diuina dispensatio vel sors. i. diabolus:
vel sol per sui abstinentiam (redu
xit noctē. i. peccatum: quia nil aliud
est dies q̄ illuminatio solis p aēre
vel aēr sole percussus. noctem inq
ria est sta
i. peccatum nos per abstinentiam
vitiorum (mundi. i. presentis seculi di
tēpus: purificati (canamus gloriam (scili non pre
cet sempernā (ipſi). i. Deo. Et q̄ uenire:
nox recessit & dies venit reffera
mus gloriam Deo & hoc iure.

CRefferamus gloriam Deo & hoc iu
redico: quia tot & tata cōtulit nos
bis: quia p̄ctū precessit & a morte
liberavit nos & ad ultimū nos infi

Abstine
tutū cib
ritū
tēpus:
scili non pre
cet sempernā (ipſi). i. Deo. Et q̄ uenire:
nox recessit & dies venit reffera
mus gloriam Deo & hoc iure.

CRefferamus gloriam Deo & hoc iu
redico: quia tot & tata cōtulit nos
bis: quia p̄ctū precessit & a morte



Vn sancte no-
bis spiritus
Vn p̄i cū filio:
Dignare promi-
ptus ingeri
Nostro retusus pectori.

Materia huius hymni est depreca-
tio sancti sp̄us ut dignet in pecto-
ra n̄a descendere. quam scilicet de-
precationē facimus in hora tertia.
In hora tertia peccauit adam in pa-
radiso pp qd p̄tū inde electus est;
ideo sp̄us sancto facimus hāc oratio-
nē: vt sicut ab Adā per suggestionē
separatus est: ita p̄ eius correctionē
nō: pectori ingeridignei. Et sicut

infāmauit apostolos hora tertia: sic dignei ingeri cordibus n̄is vel in-
fundī vt mereamur deū vere laudare: & hoc est. (O sancte sp̄us) tu dico
(p̄mptus). i. paratus ad p̄grendū & cōsolādū (q̄ es vnu vel vnū). i. vni-
us sub stātie (p̄i cū filio) dignare (ingeri). i. infundī nobis (nūc). i. ad
huc. sed iā dico tu (sp̄us refusus nō pectori). i. ifundas nobis sp̄m sanctū
vel simus repleti te sp̄u sc̄tōt cōseq̄mū remissionē peccator̄ vel (vnu
aut vnū p̄i cū filio) in essentia vel in potestate. Vnus dicis per quandam
essentiam trium personarum. vnu pertinet ad substantiam: nō ad perso-
nā. & hoc est quod dicitur vnum patr̄ cum filio.

Os lingua: mens: sensus: vigor:
Confessione: personent;
Flammescat igne charitas
Accēdat ardor proximos.

Os & lingua pertinent ad corpus:
mens vero ad animā: & s̄esus ab v/
troc̄ pcedit: ad similitudinē eodē
modo pertinet spiritus sanctus ad
vtrūq. s. ad p̄em & filiū: qui ab v/
troc̄ pcedit. Et tamē non tres dī:
sed vnu est deus. Et nota q̄ in sole
tria sunt. s. sphera: claritas: & calor.

Quo v/ sphera solis naturaliter splēdēs est & calēs. Sūmus p̄ naturaliter sapiēs
est & amans. Sphera solis & splēdor & calor nō sunt tres soles: sed vnu
nus sit de sol. Sūmus p̄ & lapiētia & amor eius nō sūt tres dī: sed vnu est deus. In
us & non sphera solis ignea: p̄em intelligere debemus: in splēdore filiū: in calore spi-
tres dī. ritū sanctū (Os lingua). i. corpus) & mens (i. anima (sensus). i. vterq. s.
corpus & anima (vigor). i. virtus (personē). i. credat vel cōfiteant (con-
fessione). i. trinitatē. s. p̄em & filiū & sp̄m sanctū esse vnu deū (charitas)
. i. amor dei & proximi (flammescat). i. ardeat in nobis (igne) supple sancti
sp̄us (ardor) suę charitatis (accendat). i. illuminet sp̄uali amore (proxim-
mos). i. amorem dei desiderantes.

Carmen est quale superius. Canitur hora diei sexta quo
tempore est maximus diei calor. Itaq̄ temporis occa-
sione petit tēperari in nobis cholera: que est ira: sedis.



Ector potens/ve
rax deus:
Quī tēperas re-
rum vices;
Splēdor mane in-
struīs,
Et ignibus meridiem,

Materia huius hymni sumitur p
q̄litates & diuersitates aēris & tē-
poris ex hoc scilicet q̄ maximus ca-
lor solet esse aliquā in meridie: & q̄n
q̄ solet nocere animē & corpori. vnu
deū rogare debemus vt in nobis
extinguat flāmas vitionē nostorū:
& tribuat nobis suam charitatem
in cordibus nostris. Et non solum
hora tertia deū rogare debemus
sed etiam

sed etiam sexta hora in qua Adam electus fuit de paradiſo per superbiam:
vt ynde per transgressionem fuit electus: illuc redeamus per bonam ope-
rationem Christi annoente: qui eadem hora in cruce positus fuit. O tu (re-
ctor) qui regis omnia (potens), i. qui potens omnia facere quod vis: quia ma-
nus tua potentia: & in ea ois potestas & fortitudo (verax deus) qui nun-
quam mentiris: quia tu ipse veritas es & verax in verbis & promissis tuis que
nunquam falluntur (qui temperas). i. qui mitigas (vices). i. vicissitudines rerum
(instruis mane). i. incipientes bona opera facere (splendore solis). i. lumi-
ne (& instruis meridiem ignibus). i. calore scilicet charitate.

Extingue flamas litium:
Auer calorem noxiū:
Confers salutem corporū:
Veramq; pacem cordium.

nas es calor & sol vitæ æternæ (confer) scilicet salutem nobis (corporū)
& animarum (p. &) pacem cordium). i. animorum (verā). i. nō fictā.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur hora diei
nona, cum deus inuariabilis sit: dederit tamē temporib;
luci veritatem. petit, vt vesper idest finis vitæ nostræ
sit lucidus & sine mentis perturbatione; vt in fide Christi
morientes; vitam æternam consequamur.

Rerum deus tenax vigor
Immortale pmanens:
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans:

sub posterate tua & pietate (vigor). i. virtus (rerum permanens in te im-
motus). i. non variabilis: quia nunc in seipso mouetur (determinans)
. i. diuidens (tpa lucis diurnæ). i. quotidiane (successibus). i. quibuslibet
distinctionibus.

Largire clarum vespere:
Quo vita nusq; decidat:
Sed premium mortis sacra
Perennis inter gloria.

Sionem peccatorum.

Extinguue flamas litium). i. suffoca calores mundanarum tentatio-
nū. vel (extingue flamas). i. mortificat in nobis flamas idest ardores li-
bidinis: vel (litium). i. odiorumvit
discordiarū (aufer calorē). i. remo-
ve amore a nobis & appetitū (no-
xiū). i. noxiarū rerū: quia tu bo-
nus es calor & sol vitæ æternæ (confer) scilicet salutem nobis (corporū)

CMateria huius hymni est quod non solum in hora sexta deprecandus & laudandus est deus sed etiam in hora nona: in qua Christus migravit In hora de hoc mundo ad patrem: ut possimus transire de virtutis ad virtutes & ad bonas operaciones. O deus (tenax) aeneo tenes: qui omnia tenes nona Christus migravit ad hoc munus do ad patrem

Et quia haec dicta facis (largire) id est concede (clarum vespere). i.
finem noctis vitæ & exitum (quo) pro vno ultra vita nusq; decidat
. i. non cadat in aliquo graui peccato (sed penitentia gloria) id est illa quae est sine fine ne existens supple (premium) mortis sacra (intet nobis) per remissionem Carmē

B. Carmē

Expositio hymnorum.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur hora vesperina. Cōmemorata lucis creatione: eiusq̄ officio instatē noſte p̄ q̄ intelligim⁹ p̄ctū ignoratiāq̄. petit ḡfani qua pre muniamur a peccatis & optemus æterna.

¶ Materia huius hymni est iuuocatio quā facit beatus Gregorius ad dominū: vt sicut p̄cepit mane iunctū vesperi vocari diem: ita vt audiāt p̄ces nr̄as & cōmendat diē dñi cū per opus qđ quotidie factū est in eodem die: vt ibi. Fiat lux & fæsta est lux. (Optime creator lucis) id est filii tui vel angelorum p̄ferens (i. tribuens lucem). i. filii tuū (dierū apostolorum tuorum: qui dies vocant̄ paras originē) s. qđ dixisti. fiat lux. i. initiu (nouę lucis primordiū mundi). i. apostoli qui lux interpretatur vñ dñi. Vos estis lux in ista vita illustrantes omnia. Vos estis sal terre cōdientes morū temperantia: ipsi apostoli pastores sunt populū omnia conseruantes.

¶ Et tu qui p̄cipis mane inunctū vesperi vocari diem). i. diē & noctē q̄ est dies naturalis. vñ dictū est. Fas cōtū est vesperē & mane dies unus. vel aliter. Tu qui p̄cipis mane iunctū vesperi vocari diem. i. deitatem iunctam carni nr̄e q̄ obscura est ut vesperum (vocari diem). i. xp̄m q̄ est verus dies (tetrū chaos). i. nox & p̄ctū & obscuritas vitiorū (illabit) i. cadit in nos. Et ideo (audi p̄ces) nostras (cum fletibus) id est cum desideriis lachrymarum.

¶ Dico audi p̄ces nr̄as & quare (ne mēs). i. ania nr̄a sit p̄oderata (crimine). i. p̄ctō vitiorū & hoc est qđ dicit (ne mēs grauata). i. p̄oderata vñ opp̄stā (crimine). i. p̄ctō (sit exul) i. alienata (munere). i. dono æternæ beatitudinis (vitæ). i. xp̄i qui est vita (dum mens nil perenne cogitat) i. perpetuum. (sed illigat) id est illa queat sese culpis vitiorum.

¶ Ergo & nos debemus accipere xp̄m vel æternā beatitudinē. & vt hoc fiat mēs (pulset) id est inquirat (initiū celorum). i. xp̄m. (tollat). i. acq̄rat (vitale p̄mū) beatitudinē. ergo (vitemus omne noxiū) i. omne peccatum quantum ad corpus (purgemus omne pessimū) id est omne peccatum quantum ad animam.

L Vcis creator optime
Lucem dierū p̄ferens
Prīmordiū lucis nouę
Mundi parans originem.

Qui mane sumptum vesperi
Diem vocari precipis:
Tetrum chaos illabitur;
Audi p̄ces cum fletibus.

Ne mens grauata crimine
Vite sice xul munere;
Dum nil perenne cogitat;
Seseq; culpis illigat.

queat sese culpis vitiorum.

Cœlorum pulset intimum;
Vitale tollat p̄remium;
Vitemus omne noxiū;
Purgemus omne pessimū.

Additio

Additio. Et nota q̄ omne pessimum non dñ latine: teste valla: quia omnis
nunq̄ iungit superlativo sed politivo & comparativo ut ois
sapiens vel sapientior: ideo q̄ dicendum erat pessimum quidq; secundū
medios latini sermonis autores.

Carmē est q̄le illud primo dierū. Canitur horis diei cōpletis.

Implorās diuinā tutelam: petit ne per noctis insomnia le
mures mentibus nostris incursantes/occurrant,

^{an hys de mingu}
TElucis ante terminum
Rerum creator poscimus:
Vt solita clementia contupescas
Sis presul ac custodia. ^{se quoar}

do exeamus vel anteq; dies recedat, vt sis psul. i. custos vel speculator. ac
custodia. vel sis psul ad custodiendā. i.ad custodiendū animam.

^{separaten}
Procūl rece dant somniis:
Et noctium phantasmata,
Hostemq; nostrū cōprime:
Ne poluitantur corpora.

ri significat. Vñ phantasmaticus. i. imaginatus. nox autē diuidit in sex
partes. s. sero siue vesper. cōticinū: intēpestū: gallicinū: crepusculū: man
ne. Serō est qñ nox imminet illud. s. tēpus q̄ sequit sole occidēte qd etiā
hesperus dñ ab illa stella post sole oriētē. Cōticinū est hora qñ hojē cu
bitū pgunt. Intēpestū est. qñ nihil opatur & est cōmunis hora gescendi
oīm: medium tēpus inter gallicinū & cōticinū. Gallicinū est qñ gal
li mitrunt voces. Crepusculum est qñ dubium est inter diē & nōctem.
Mane est qñ aurora apparet & (comprime nřm hostem). i. diabolū vel
carnem (ne corpa nřa polluātur) scilicet malo vel corpali pollutione.

Carmen est cacometrū simile tamen dimetroiambico. Cani
tur in quadragesima horis diei completis; & petit ne per
instantis noctis tenebras illudamur; quietem nobis placi
dam tribui.

^{decauus}
Christe/ quilux es: & dies
Noctis tenebras detegis;
Lucisq; lumen crederis;
Lumen beatum prēdicans:

Materia huius hymni est deq; de
p̄cari in cōceptiōe noctis: vt sicut
dep̄camur deū in cōceptione diei:
vt custodiat nos p̄ totā diē ita in in
ceptione noctis: vt nos custodiat
p̄ totā noctē deū p̄camur. (O rerū
creator poscimus). i. petimus (te
ante terminū lucis). i. anteq; de mū
do exeamus vel anteq; dies recedat, vt sis psul. i. custos vel speculator. ac
custodia. vel sis psul ad custodiendā. i.ad custodiendū animam.

Dico sis psul ad custodiā: vt (ps
cul recedant somnia) .i.l ḥōe sint a
nobis renot̄ illusiones démonūv^l,
p̄q̄ dlectatōes carnis. & (phantasma
ta noctiū). i. occulte deceptiōis vi
suggestions & noctiū apparitiō
nes. i. malignor̄ spūm. Phantasma
ta est vana in sōnis visio & nihil ve

vi. partes
noctis.

Vesper
Cōticini.

Intēpes.
gallicini.

Crepus
culum.

Mane.

Materia huius hymni est q̄ dep̄
care debemus Deum. Ut det no
bis quietam noctem & defendat a
perfido hoste: & oculti sic somnū
capiant q̄ cor ad Deum semper vi
gilet. O Christe qui es lux ange
lor̄ & illuminator oīm sc̄tōr̄: vñ ipē
dixit. Ego sū lux mūdi & dies est

B ij Christus

Expositio hymnorum.

Christus qui illuminat omnem diem. & parat omnem lucem. Cum autem mirabile est: quia sicut pater est lux & filius & spiritus sanctus sit lux: non tamen tres luces: sed pater est filius & spiritus sanctus una & in separabilis est lux. sicut in hac dictione est lux. sunt tres littere & unus sonus: cui ad significationem ipsius sensus aliquid addi vel minui non potest: sic quoque cum tres personae sint: est una deitas: cui naturaliter addi vel minui nihil potest. Non enim deus tres luges est: quia si verum esset: iam lux una non esset. Nam quicquid corporaliter dividit potest in illa substantia quae diversitatem paritur: non potest dici unum & (determinis). i. agis (tenebras). i. vestigia (noctis). i. diaboli & (crederis) lumen lucis id est patris. tu dico (predicans) id est promittens apostolis (beatum lumen) id est spiritum sanctum.

Precamur sancte domine.

Defende nos in hac nocte:
Sit nobis in te requies ~~pa~~
Noctem quietam tribue.

cum in cœlesti regno. & (tribue). i. concede (quietam nocte m.) id est tranquillam & securam.

Ne grauis somnus irruat.

Nec hostis nos surripiat:
Nec caro illi consentiens:
Nos tibireos statuat.

mino: quia dominus noster est secundum naturam.

Oculis omnium capiant:
Cor ad te semper vigilet:
Dextera tua protegat
Famulos: quite diligunt.

famulos: scilicet: qui te diligunt.

Defensor noster aspice:
Insidiantes reprime:
Guberna tuos famulos
Quos sanguine mercatus es.

Co sancte domine). i. qui dominaris (paramur. i. rogamus te (defende. i. protege nos a viis & ab insidiatoriis bus nostris. i. de minimis: qui ut leones rugientes circuent quentes quem deuorent. ut ait apostolus (in hac nocte). i. in presenti vita (& reges fit nobis in te). i. requiescamus testi

Contra grauissimum). i. ne graue peccatum vel delectatio peccatis (irritat) id est opprimat nos (nec hostis) id est diabolus (surripiat). i. fraudulenter decipiatis nos (nec caro) nostra (illi consentiens) scilicet diabolo in peccato (nos reos statuat). i. faciat esse culpabiles (tibi) id est do-

Contra quomodo dico quod grauissimum non irruat: tamen non dico quod oculi solum non capiant: immo aliquantulum capiant ut hic (oculi solum capiant). i. aliquantulum capiat ut corpus refollicetur (cor). i. mens (semper) vigileat ad te (& o tu domine dextera tua) id est auxilium. i. tuum (protegat fa-

Contra defensor noster aspice). i. nos (semper) reprime insidiantes). i. demones qui semper insidiantur nobis: & qui maligni spiritus semper sint parati insidiari nobis & nocere: & animas iugulare: ideo petimus ut deus eos reprimat & restringat: ne nocere valeat. Et notandum quod maligni spiritus tres habent habitationes:

bent habitationes scilicet in inferno: in aere: & in terra. illi qui in terra manent diuiduntur in diabos pribus & vocantur larue & larues. larue in nocte ledunt. larues autem in die (guberna) id est rege nos (tuos famulos quos mercatus es) id est redemisti tuo sanguine. Et nota qd per diu per pcam seruimus: modo per Christum liberi facti sumus. quia nec auro cor ruptibili: sed proprio suo sanguine nos redemit.

Maligni
spūs tres
habēt ha
bitatōes

Memento nostri domine
In graui isto corpore;
Qui es defensor animæ
esta & pres
Adesto nobis domine.

nostri in graui isto corpore (id est corruptibili) qui es defensor animæ
O tu domine (adesto nobis) id est ad defensionem nostram.

¶ Et quia sumus redempti sanguine domini: ideo non debemus voluptati nostræ satisfactionem facere: sed preceptis eius pro salute nostra nosmet ipsos onerare & iugo eius applicare. Vnde David. Praeceptum domini lucidum illuminans oculos meos. O domine memento

¶ Aegra scilicet Maria mag. i. infirma pondere peccatorum (currit ad medicum) scilicet christū: quia visę pristinę non sustinuit detrimētum: sed afflata sancto spiritu tuit ad domum Simonis leprosi (ferēs vas aromaticum) id est plenū vnguenti nardi mystici preciosi. aro

Aromaticus. Aroma.

I iij tiplici

Expositio hymnorum.

tiplici morbo) id est ab immundissima peccatorum lepra & hoc voce). i.
per vocem(medici) quia dixit Iesu, remittuntur ei peccata multa: quia
dilexit multum.

¶ Vnctio contriti cordis. s. ipsius
Magdalena perungentis dominū
(cum fluvio) id est abundantia lacr
chrymarum: & (actio pietatis). i.
actus vel demonstratio pietatis sis
ue exercitiū. quia deuotis lachry
mis cepit rigare pedes domini & capillis tergere(soluit) zeugma ē ab in
feriori: nā hoc verbum responderet supradictis nominatiuis. soluit dico.
id est absoluīt(ream) id est magdalena peccatricē(a vitio). i. a peccato,

¶ Diximus q̄ per affluentia lachry
marum & magnam contritionem
curata fuit a medico, declarat autē
quātum valuerē lachrymæ illæ. scilicet
licet: q̄ prima vidit Iesum, scilicet
post Mariam matrem: resurgēt em
ab inferis cū victoria) scilicet pro
pter spolium animarū sanctarū ex
peccantium eius aduentum: & quia(ardebat plus cæteris) scilicet discip
ulis domini Iesu(meretur prima gaudia) scilicet resurrectionis domini
nicē. & poterit esse prima: tam nominatiuius quam accusatiuius.

¶ Et q̄a xp̄s remisit tot tantas pec
cata Marie mag. vt daret fiduciam
peccatorib⁹ speradē pietatis (glo
ria sit vni deo pro sua gratia multi
formi) id est infinita(qui remittit
culpas & etiam supplicia) id est tor
menta, siue pœnas debitas pro pec
catis(& dat premia) id est recte co
versis peccatoribus cōcedit gloriam æternā. hoc est seipsum. cuius frui
tio est gloria æterna.

Carmen est quale superius. Canitur ad horas matutin
inas in eadem festiuitate sanctæ Mariæ magdalene;
agitur quod in titulo precedentis hymni;

¶ Ut superiori sic etiā p̄sens hymn⁹
tractat de laudib⁹ diuī Mariæ mag
dalena, cuius intercessionem perit.
narrat quidem quomodo contem
psit & calcauit huius seculi pompa
& fastus: igne sancti spiritus succē
fa. & pro dolore precedentium de

orbita &
vnde. Ascon⁹. licitorum gloriā coniecta est. Orbita ab orbe dicta est. vt vrbs & est ro
ta curr⁹ & eius vestigium. vt ait Ascon⁹. (orbita ergo lucis). i. dies huius
solemnitatis

Contriti cordis vnc̄tio

Cum lachrymarum fluuiō

Et pietatis actio

Ream soluit a vicio.

Surgentem cum victoria

Iesum vident ab inferis;

Prima meretur gaudia

Quæ plus ardebat cæteris.

Vnide o sit gloria

Pro multiformi gratia;

Qui culpas & supplicia

Remittit & dat premia,

Orbita cunctis orbita

Lucis triumphat gratia;

Qua scandit astra vernula

Maria christi fulgida.

solemnitatis beatæ Mariæ mag. quæ per annuā reuolutionē. q. in rota nobis se representat. nam orbita proprie rotunditas est (votua). i. aduocata (cunctis). i. hominibꝫ respectu deuotionis. vel sic votiuia. i. desiderata cūs. Etis. hoc est in voto cunctorū respectu vite: quia omnes desiderant hunc & plures alios dies videre (triumphat). i. letatur gratia. i. per gratiam confessam Mariæ (qua). i. in qua orbita (Maria vernula). i. serua xp̄i. quia ve luti serua ad pedes dñi recubēs precio misericordiæ & suarum lachryma rū redēpta est (fulgida) hoc est effecta fulgida & splēdens in amore & dilectione nostri redēptoris. vel fulg. i. iam mundata a peccatorū lepra.

Calcans beata lūridam
Seclī ruentis machinam:
Ardore sancti spiritus
Ignem subegit lubricum.

¶ Beata. s. Maria (calcās). i. flocipēdens & negligens (machinā). i. fabrīca sui corporis siue mundanecō positionis insidias (Lūridā). i. palūlidā. tabidā. liuidāq; moxētē & tristē. nā a loro dī siue a luria gñre potiōis mortifera pallidæq; vnde Tibullus.

Luridus
& vnde.

Tibullus

eius aqua (sæcli ruentis). i. mūdī pereūtis (subegit). i. subiugauit & calca uit (ignem lubricū). i. vilem & contagiosum hutus mundi. & hoc (ardore sancti spiritus). s. succensa: qui eius lūbos iecurq; morbidum aduslit.

Hæc sacros Iesu lachrymis
Pedes rigauit intimis:
Tersit capillis osculans
Mentis tenebras expansans.

¶ Hęc. s. Maria (rigauit lachrymis intimis). i. visceribus (pedes sacros Iesu: & (tersit). i. mūdauit: vel exsiccavit (suis capillis). s. p lintheo habitis (osculās & expans). i. euā cuās emūdāsq; (tenebras). i. pcfā te nebrofa q; mētes hoīum cęca caligine iuoluūt (mētis). i. aīc ip̄tus marię.

Te quesumus gratissima:
Deposce clæmens veniam:
Cœlestis aulē tinnulus:
Quo perfruamur organis.

¶ Per eius intercessionem nostrorū peccatorū cōdonationem petimus (o gratissima d̄o). s. Mag. speciali grā a deo dilecta (q̄sumus). i. roga mus te (deposce tu clæmens). i. pia, vel potius clæmens. i. clementer (de posce) idest impetra a deo veniam. i. nostrorū peccatorum remissionem (quo) pro vt (perfruamur). i. nos participes simus & letemur organis. organum. notissimū instrumenti musici genus est. de quo ps. cxlvij. accipitur etiam pro omnī genere musici instrumenti (organis). i. cantibus & melodya (tinnulus). i. bene sonatibꝫ: vt sit tinnulus. a. um: est autē tinnulus sonus liquidus & suavis & dulcis qualis est in gloria sanctorum. a. tino. i. s. quod sonat reteñit el metal.

Organū.
Tinulus.

Salve beata trinitas
Peremne manens gaudiū:
Viua creatrix omnium
Quē regnas ī ppetuū. Amē.
(in ppetuū). i. sine fine p infinita seculorū sēcula. Amen.

¶ Cōclusio totius hymni ad laudē & gloriā sanctissime trinitatis (o trinitas beata salve manēs). i. existēs (gaudiū perēne). i. ppetua beatitudo (creatrix viua). i. increata, oīm (q̄ regnas). i. duras & pmanes

I iiiij Carmē

Expositio hymnorum.

Carmē est quale illud primo dierum; sed cacometrum.
Canitur ad horas vespertinas in festo dñi Iacobi maioris; cui⁹ merita cōmendās petut nřas p̄ces exaudiri.

¶ Materia presentis hymni laudes
beati Iacobi apostoli p̄sequit. &
per eius intercessionem petit a deo
preces celebrantium sua festa exaudi-
diri & concedi. & primo petit ut
in iudicio sit prius. (O. f. deus hic
iudex, s. a te constitutus nam dicit.

Matth. xix. se debitis & vos sup duodecim sedes iudicātes duodecim tribus israel (qui fulsit) idest electus & splendidus fuit (summo merito). i.
secundum eius preclara merita. (Sit pius) idest mitis & misericors in iu-
dicio: & hoc oīibus iudicandis). i. ad iudicandas oues (agnoscētibus)
scilicet eum vel te: o deus per eum vel (agnoscētibus) scilicet peccata sua
quia qui non agnoscunt hic peccata sua per peccantiam: & qui non cre-

Augusti, dunt iam iudicati sunt: & precissi ab ecclesia secundum Augustinum.

¶ O sancte Iacobe, s. vel potis o de⁹
(absoluē nos errorib⁹). i. ab errorib⁹
& p̄ctis nr̄is (in his p̄cib⁹ sacratis)
idest dedicatis tibi & (robora). i.
fortifica (stantes) idest permanen-
tes in statu gratiae (ne). i. vt non (ca-
dāt) scilicet in peccata & (adiuua la-
psos) vt surgant. scilicet a peccatis in quibus iacent: & sepulti sunt.

¶ Pet etiam (vt qui colunt). i. ce-
lebrant & venerantur hodie hec fe-
sta (nomine). i. sub nomine aposto-
li. s. Iacobi (intersint). i. assoctetur:
& presentes sint (in perpetuum). i.
in eternum (solemnitati). i. felicius
tati. & glorię (cælibum). i. vitā co-
lestem agētiū, aut sanctorum. nā

Cælebs. cælebs diciūr coniugij expers: cælo aptus siue cælo beatus.

¶ O deus sancta trinitas). i. o deus
trinus & vnum (omnes fideles eols
laudent). i. adorent superexaltēt &
benedicant te (vt exaudias suppli-
ces). s. eos. i. suppliciter decantates:
(& cōferas). i. dones pacem cūctis.

Carmen est quale superius. Canitur in eodem festo:
ad quod celebrandum nos monet.

¶ Iste hymnus cum superiori ver-
sat. sed primo nota: q̄ incitat chris-
tianorum populum ad celebrādū

Hic iudicandis oīibus
Etiudex agnoscētibus:
Summo qui fulsit merito
Sit pius in iudicio.

In his sacratis precibus
Absoluē nos erroribus:
Stantes ne cadant robora
Lapsos vt surgant adiuua.

Apostoli qui nomine
Hæc felta colunt hodie:
Solemnitate cælibum
Intersint in perpetuum.

Vt supplices exaudias:
Pacem cunctis & conferas.
Omnes fideles te deus
Collaudēt sancta trinitas:

Exultet nostra concio
Aeternipatris filio.
Vocata

Vocisq; modulatio
Canat hymnum cū gaudio.

delium congregatio & christianorū vniō. quid sit cōcio vide in hymno corone domini (exultet) id est letetur filio æterni patris (¶) pro & (modulatio). i.dulcedo & suauitas (vocis) scilicet nostre (canat. s. ei hymnū) Hymnus id est laudem cum cantico. Hymnus græcē hynos. & interpretatur laus dei cum cantico. & si nō fuerit dei & cum cantico non erit hymnus, hos primum Dāuid composuit.

Iacobī natalitia

Colamus cum lētitia;
Qui ligauit dæmonia
Pro Phileti iniuria

beati Iacobi natalicium diem: cu*s*
ius laudes & martyrium describēs

petit apud deū eius intercessionē,

inquit ergo (nostra cōcio) id est si

id est in hymno

corone domini (exultet) id est letetur filio æterni patris (¶) pro & (mo-

dulatio). i.dulcedo & suauitas (vocis) scilicet nostre (canat. s. ei hymnū)

id est laudem cum cantico. Hymnus græcē hynos. & interpretatur laus

dei cum cantico. & si nō fuerit dei & cum cantico non erit hymnus, hos

primum Dāuid composuit.

¶ Colamus id est celebremus cū lē-
titia. s. maxima (natalitia Iacobi)
id est solemnitatē diei: in quo natus
est ad gloriam beatus Iacobus. nā
cum sancti moriuntur tunc viden-
tur nasci ad gloriam. & adpellamus

natale seu nataliciū diem eorū: quia

non nati sunt sancti. solius autem

Natale.

Nataliciū.

um.

natiultas

Philetus.

quis.

beatę Marię genitricis dei. & beati Ioannis natiuitatem celebramus: qā
sancti nati sunt. & domini nostri Iesu christi: qui sanctus sanctorum est
(qui ligauit dæmonia) id est per quē Iacobū angelus deligauit dæmonia
& hoc (pro iniuria Phileti) hic fuit discipulus sancti Iacobi & prius Her-
mogenis magi. hoc autem fuit quando post conuersiōnem Phileti: misit
hermogenes diabolos. vt adducerent Philectum & Iacobum vinctos. &
venientes in aëre vltulare ceperunt. dicentes Iacobo quia angelus dei eos
ligauit catenis ferreis: & plurimum cruciavit.

¶ Narrat beati Iacobi excellentiā
qui vocatus est primus seu maior
triplice ratione. primo ratione vo-
cationis. quia primo vocatus est a
christo. i. ratione familiaritatis: qā
ipsum ad secreta admittebat. i. rā-
tione passionis: qā (primus omnium
apostolorū) id est inter ceteros apo-

Iacobus.

dī maior

triplici

ratione.

stolos (sequentium veritatem) id est christum (subiqt martyrium) id est

passus est mortē. nā decolari iussus est ab Herode per Abiatar (scandēs)

id est ascēdens p mortē martyrii (solū celeste). i. gloriam regni cœlestis

¶ Dico q; subiqt martyrium (plexo
capite) id est percussus. vel decolla-
tus (Ierusalē). i. in Ierusalē: & hoc
(sentētia impia). i. p crudelē sens-
tētia (& relida) id est vltimē sedes
fiue vltima quies & locus perma-
nens in posterū (dantur compostel

Apostolorum omnium
Veritatem sequentium:
Primus subiqt martyrium
Cœlestē scandens solium.

stolos (sequentium veritatem) id est christum (subiqt martyrium) id est

passus est mortē. nā decolari iussus est ab Herode per Abiatar (scandēs)

id est ascēdens p mortē martyrii (solū celeste). i. gloriam regni cœlestis

¶ Dico q; subiqt martyrium (plexo
capite) id est percussus. vel decolla-
tus (Ierusalē). i. in Ierusalē: & hoc
(sentētia impia). i. p crudelē sens-
tētia (& relida) id est vltimē sedes

fiue vltima quies & locus perma-
nens in posterū (dantur compostel

1q). i. in cōpestella (per maria) id est ad quā appulit per maria vectus. nā dī
scipuli eius metu iudiciorum noctu corpus apostoli surrip̄t̄tes nauī sine

remige imposuerunt. cetera aperiet catalogus sanctorum.

Concludit

Expositio hymnorum.

Concludit petes eius beneficium
(o Iacobe pastor pie & consolator ecclesie). i. fidelium appellat. i. in nos strum fauore inclina (regem glorie) id est deum, ut ipse tuis precibus placatus (audiat nos). i. nam as preces (hodie). i. in presenti festiuitate. Amē.

Carmen est quale superius. Canitur in eodem festo: & inciat Hispaniam ad laudes sui gloriosi ducis decantandas.

Gloriosissimi ymni presentis matraria vltioris citeriorisq; hispanie incolas: idigenasq; exhortatur, vt eximii patroni sui Iacobi solemnitas gaudis attollat: p̄ceteris nationibus. tū quia p̄ eius saluberrimā manū p̄dicationem idola reprobavit. tū etiā q̄a sui sacratissimi corporis thesaurū tanq; depositū seruat. inquit ergo. (o hispania) est aut̄ hispania regio n̄re Europe. dicta prius Iberi ab iberō: postea vero ab hispano sive Hispania ab hispalī hispania cognominata est. Hispania autē tribus est disiuncta nominibus. Tarracōnēs in qua numātia vrbs erat clarissima. Bēthica p̄tes tres. vbi Hispalis & Corduba. Lusitania vbi Emerita est. autor est Mella (felix). i. nobilis ppter tm̄ patronum (gaude). i. lætare (exultās). i. gaudentes & te glorificans (mēbris letis). i. verbis mēbrisq; festiuis. Exulto em̄ de ex & salto dī (cantando laudibus dignis solēnia) id est festiuitatem (tui ducis). i. tui gloriosi Patroni Iacobi.

Declarat q̄re debeat exultare. dicuntur. q̄a (hic est ille) p̄ excellentiā dicitur (magnificus miles). i. nobilis & magnanimus (potes certamine) id est in certamine: nā multa miracula operat q̄tidie (primus glori.) id est glorificans & laureatus (palma). i. victoria & corona martyris sui (agmine) id est exagmine & numero apostolorum. quare autem dicatur primus sive maior vide superius.

Qui. s. beatus Iacobus (deducto) i. vectus nauis (irie) i. ad illū locum. irie. es. ciuitas est boetiae. Iria aut̄ flauia vulgariter dicitur El padro. in gallegia. ad quam beatus Iacobus post mortem delatus fuit (post senectiā mortis) dictata ab Herode p̄ Abiatar (dedit tibi) o hispāia sive iria (notitiā). i. cognitionē (curia regni coelestis).

Dico q̄ dedit tibi notitiā regni coelestis (ut reprobares) id est sperneres (idola) id est falsos deos (cum omnib; piaculis) id est peccatis expiatione dignis (iam facta) id est te laexistēte (facta) id est effecta (cre

O Iacobe pastor pie
Consolator ecclesie:
Regem appellat glorie
Vt nos audiat hodie.

Aude fœlix hispānia
Laetis exultans mentibus
Tui ducis solemnia
Dignis cantando laudibus.

Hic est ille magnificus
Miles potens certamine:
Primus palma glorificus
Apostolorum agmine.

Qui post mortem sententiam
Nauis deductus irie:
Tibi didit notitiā
Regni coelestis curia.

Vt reprobares idola
Cum omnibus piaculis;
Iam sive facta credula
Multis visis miraculis.

Irie. es:
Iria. x.

dula

dula miraculis multis visis) id est per multa miracula a te visa & ab ipso facta ad gloriam dei. vel dic ut tu facta iam cred. mul. v. reprob. idola.

Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur ad horas vespertinas in festo beatæ Annæ matris Maríæ genitricis dei. Narrat quemadmodum diuino nutu concepit & peperit gloriosissimam virginem Mariam.

CLara dei gaudia
Decantet nunc ecclesia;
In Anna deifamula
Pangens cœli miracula,

fuit nobili viro Loachin primus, ex quo progenuit Mariam matrem redemptoris. & post eius obitum: anuenti dñm, habuit alterum, cuius nomen Cleophas. ex quo habuit alteram Mariam matrem Iacobi minoris: & Simonis & Iude. deinde habuit tertium virum qui fuit zebedeus: ex quo habuit Mariam matrem Ioannis euangelistæ: & Iacobi maioris. Itaque per eius intercessionem petit nobis auctore oīum reddi propiciū. dicēs. (ecclesia decatet nunc gaudia clara dei). s. huius plentis festiuitatis anniversarię diue Annę (pangens). i. decantans (miracula cœli) scilicet esse completa (in Anna famula) id est serua dei.

Anna regum progenies
Et sacerdotum series;
Stirpem illustrem patribus
Suis donauit actibus.

dedit (ut decebat semper orationibus & ieiunis insistendo (patribus) i. suis antecessoribus (stirpem). i. filiam Mariam (illustrem). i. nobilem. nō enim primam visa est, nec habere secundam.

Nupta dei iudicio,
Fidelis matrimonio;
Iuxta verbum angelicum
Fructum concepit coelicum.

et him vir tuus ex quo concipies; vestras enim preces deus exaudiuit.
In secunda pro tempore
Prole marcescens corpore;

Totus hic hymnus tractat de laudibus beatæ Annæ pccelæ genitricis dei Maríæ matris: cuius genealogiam a regibus & sacerdotibus tagit eiusque vita statu demonstrat.

dicēs quod matrimonio felici nupta

Btā anna
tres mari
tos & tres
filias has
buit.

Laudat eā a gñe & ab operibus: quibus genealogia suā decoravit Anna (appositivus), progenies (regū). i. descendens a gñe regū: & existens caput gñatiōis regis regū (& series)

i. ordo & discursus sacerdotū & pa-

triarachū (donauit suis actibus)

i. suis operibus & meritis sanctis

Nupta) id est coniugata fuit An-

na (iudicio dei) id est diuina volu-

tate (matrimonio fidei) id est debi-

ta castitate celebrato cui peccatum

debet: ut ait Beda (concepit fructū Beda,

coelicum) id est Mariam reginā cœs-

lorum (iuxta verbum angelicum)

dixit enim angelus Anna. ecce Ioa-

chim vir tuus ex quo concipies; vestras enim preces deus exaudiuit.

Infecta) scilicet fuit beata An-

na. id est sterilis (pro tempore) scilicet aliquo & multo sua etatis, vel

gratia temporis, id est senectutis sua

marcescens

Expositio hymnorum

(marcescens) id est marcida vel ex
ficcata (prole) i. quo ad prole (cor-
pore). i. ex ficcato: cuius causa poti-
fex despexit Iaochim: quia non res-
liquerat prole in Israel iam senex (sed per patrem luminum). i. gratia patris
luminum, hoc est dei omnipotentis (parit iam reginam virginum). i. virgine
nem Mariam virginum decus egregium.

Sed iam per patrem luminum
Parit reginam virginum.

¶ Petit beate Anne intercessionem
apud deum, dices (Maria filia plena-
minatrix grata reddat) i. efficiat nobis (autorem
interpretat omnium) i. deum omnipotente (propicium) i.
mitet & misericordet: & hoc (obten-
tu) i. interuentioe Anne. s. misericordia sue.
¶ Laus sit paterno lumini). i. deo
patri & (filio yl). i. etiā (flamini)
id est spiritui sancto (qui). s. deus
trinus & vnum (transducatur) accipe
simplex verbum solum & dic. du-
cat (nos trans additum celum) id est
intra ipsum celum (per meritum Anne)
s. matris Marie genitricis dei.

Obtentu Anne filia
Maria plena gratia:
Nobis autorem omnium
Reddat semper propitium.

Sit laus paterno lumini
Sit filio vel flamini:
Qui nos per Anne meritum
Caeli transducatur additum.

Carmen est quale superius. Canitur in eodem festo ad ma-
tutinas horas. Collaudat Annam tanti fructus genitri-
cem: qui nostrae redemptionis extitit principium.

¶ In presenti hymno agit etiā de lau-
dibus beate Anne, laudat eam velu-
ti radicem & principium nostri re-
medii, quippe eam peperit quā pō-
tus & astra. & cetera colunt. Anna
ergo p̄celsa id est alta nobilis: ut de-
cebat matrem tantę filię: alias p̄cel-
sam: & refertur ad virginem (genuit)
scilicet illam virginem (excelsam) id est sublimem (supra sydera) id est su-
per oēs celos & coelestes (quā terra & pontus). i. mare (& ethera). i. coe-
lum (colūm) id est venerantur & adorant (& astra cetera) id est oia alia sy-
dera seu celum. ethera autem pro primo celo, vel pro altiore parte aëris. ab
eo deriuatur ethera, & fœminum: sicut ab hoc nomine aëra aura, poteris etiā
dicere in alio sensu. quā terra id est boni. & pontus id est mali. & ethera. i.
coelestes colunt & adorant excelsam supra sydera.

¶ Vā terra pontus ethera
Colunt: & astra cetera,
Excelsam supra sydera
Anna p̄celsa genuit.

Aeter.
Aetera.

na Pomifera.

¶ Nā hec arbor. i. beata Maria (po-
misera) a pomo & fero cōpositum
est. i. fructuosa (pandens). i. exten-
dens (ramos). i. prole triū filiarum
(vt). i. veluti (hedera) pululans. i.
ramosa. & (vt). i. veluti (oliua fru-
ctifera) i. p̄spera ramis & fructibus plena utilissimis Oleo em versimur
vngimur; & illuminamur. (progenuit fructum trinum) id est tres filias,

Nam hec arbor pomifera
Ramos pandens vt hedera:
Vt oliua fructifera
Fructum trinum progenuit,
Qui Marie.

Qui Marię vocabulo
Coniunctus ut in surculo:
Sed iam primus pro sāculo
Redimendo concipitur.

Sicut(in surculo) idest sicut in trūco arboris cui inseruntur surculi seu rami. nam sicut Nicolaus Perotus in cornucopia afferit. surcus est palus cuius dimunitiūum est surculus. surculus enim proprie est qui inseritur. **Nicola:**
germen autem in surculis nascitur. alij enim surculum a surco tradūt pro **Perotus:**
trūco arboris & pro ramo absēsso: vt Ambrosius in quadam homilia **Surcus.**
quadragesime(sed primus) scilicet fructus. idest prima Maria mater xp̄i Surculus
concipitur iam pro sāculo redimendo) idest pro generis humani redēm Ambro,
ptione: ex ea nāc̄ natuſ est xp̄us: qui ſuo proprio ſanguine nos redemit.

Vt in mortis ergastulo
Dudum oppreſſo populo:
Cum ſalutari poculo
Subueniat dum oritur.

detento(dudum).i.iam diu(in ergastulo mortis).i.in infernali carcere.
Hæc eſt Maria regia
Fœminarum prenunclia:
Velut gemma primaria
Clare fulgens producitur.

fructus. vulgariter dicitur yema (primaria) alias primitia) gemma etiam sumitur pro lapillo precioso ſplendido & **Gemma:**
transparenti quod in ſtar gumit transluceat.

Laus ergo ſit ingenito
Marię primogenito:
Cum ſpiritu paracleto
Pro Anne fructu inclyto.

Carmen eſt quale illud primo dierum. Canitur in
die tranſfigurationis domini; ad vespas & matu-
tinas horas. Christiq̄ tranſfigurati gloriā celebrat.

Gloriosam

¶ Genuit Anna trinum fructū qui
ſcilicet fructus fuit (coniunctus) i.
iſertus & adunat (vocabulo Ma-
riæ) omnes enim tres vocabantur
Mariae f. Maria mater xp̄i: & Ma-
ria iacob. & Maria ſolome(vt) i.

Nicola:
¶ Hæc glorioſa virgo quæ fuit pri-
muſ fructus Annæ concipitur(vt
dū oris ſubueniat) i. ſucurrat(cum
poculo ſalutari) i. cū filio ſuo chri-
ſto Iefu (ſalutari) idest ſalutifer,
vel ſaluaturo potentes. vnde in euā
gelio. qui biberit. &c. nunq̄ ſitiet
in æternum (populo oppreſſo (i.
in infernali carcere).

¶ Hæc quæ ſubuenit dū oritur(eſt
Maria regia) idest a regia progenie
descendēs & regis regū mater(pre-
nuncia) idest dux & aduocata(fœ-
minarum f. que fulgens) idest ſplē-
dens clare(producitur) idest gene-
ratur & propagatur (velut. i. ſicut
gemma) idest floſ, ex qua nascitur

¶ Sit laus ingenito) idest patri qui
non fuit genitus (& primogenito)
idest filio Marię cum ſpiritu para-
cleto) idest cū ſolatore(& hoc pro-
fectu) idest pro partu(inclyto).i.
nobili Annæ. quæ virginem marię
gloriosam filiā nobis condonauit.

Gloriosam christi transfiguratio
nem cœlitus utriusque testamenti pa
tribus reuelatam representat psens
hymnus: in quo nos autor monet
ad debitam christo adorationem offe
rendam (o Iesu redemptor). s. mundi
existens. s. (lux nata). i. filius genitus (de lumine). i. de patre (tu clementis
dignare). i. digneris (sumere laudes). i. hymnos (q. p. & (preces). i. peti
tiones orationes (supplicum). i. deuote supplicantium seruorum.

Tu ergo Iesu qui dignatus es co
tegit carne quondam). i. incarnari ex
Maiorum carne virginica (pro perditis)
scilicet hominibus (confer). i. cōce
de (nos effici). i. fieri membra (tui
sacrati capitum) nam christus caput
est: nosque eius membra.

O conditor). s. christe (tu apparui
sti). i. videri te fecisti: in deitatis cla
ritate te transfigurando (dignis te
stibus) id est tribus discipulis. s. Ioā
ni, Petro, Iacobo: qui erant testes

Thabor. noui testamenti (in mōte) s. thabor.
Calepin. qui ut Calepino placet mons est in
medio Galilee rotundus & sublimis existens (flammus vultu). i. p. claus
rus aspectu pro sole. i. plusque sol. & (candidus). i. splendidus (amictu) id est
veste ut nix.

Et tu conferes). i. simul adduces
(vates vetustos). i. Moysen & He
liam veteris testamenti prophetas
(additos nouis alluminis). i. noui te
stamenti discipulis (dedisti). i. cōces
fisti (utrisque). s. alumnis (credere te) s.
esse deū (diuinitus). i. cœlitus. habetē
coruscatē hūanitatē deitate infusa;

O christe in hac gloria transfig
uratione tua (paterna vox voca
uit te filium suum cœlitum). i. a cœ
lo descendens dicens. Hic est filius
meus dilectus in quo mihi. &c. que.
scilicet filius xp̄m (nos fatemur). p.
fitemur regem. s. esse gloria. s. eterne.
& hoc (fideli pectore) id est firma
anime fide.

Perit auctor dei auxilium sic: q. a
profitemur nos te esse regem glo
riæ. ideo (quesumus) id est perim
(cōcede) id est da nobis scilicet ut
possimus (micare). i. splendere (mo
ribus almis) id est sanctis conuersa

O Nata lux lumine
Iesu redemptor saeculi:
Dignare clementis supplici
Laudes precesque sumere.

Qui carne quondam contegi
Dignatus es pro perditis.
Nos membra confer effici
Tui beati corporis.

Prae sole vultu flammus
Vt nix amictu candidus:
In monte dignis testibus
Apparuisti conditor.

Vates alumnis additos
Nouis vestutos conferens:
Vrtisque te diuinitus
Deum dedisti credere.

Te vox paterna cœlitus
Suum vocavit filium:
Qui em nos fideli pectore
Regem fatemur glorie

Concede nobis quesumus
Almis micare moribus;
Vt ad polorum gaudia
Bonis vehamur actibus.

tionibus

tionibus & virtutibus (vt vehamur) id est ducamus a te (ad gaudia pos-
lorum) id est ad gloriam celorum (bonis actibus) scilicet nostris vel (acti-
bus) id est operibus bonis. scilicet praeventibus.

Laus patri inuisibili;

Laus eius almo flaminī;

Lausq; sit vnigenito

Orbis terrarū dño. Amen.

Carmen est quale superius in qualitate & materia,

Caniturq; in eadē festiuitate intra laudū solēnia.

Festina iam solemnitas
Nobis recurrit annua;
Qua proles dei inclyta
Paterna fulsit gloria,

¶ Laus. s. sit p̄t̄ inuisibili) & (laus
eius almo flaminī) id est spiritui
sancto ab eo procedenti (q̄) p &
(laus sit vnigenito) id est filio (do-
mino orbis terrarum) Amen. id est
ita sit.

¶ Hymnographus i p̄sinti hymno
ad sensum litterę domini nostri Ie-
su christi transfigurationē decan-
tar: qui ante tres discipulos transfi-
guratus est: talis qualis in tempo-
re iudicij extremi futurus est. non
qd̄ pristinam faciei formā: & cor-
poris humani veritatē amiserit: & aliud corpus faltem aereum vel spiri-
tualem assumperit: sed vt Euangelista testatur. respexit facies eius si-
cū sol. &c. in qua transfiguratione apparuerunt Moyses (qui mozes di-
cendus erat: vt Iuue. tradidit archano quodcūq; volumine mozes. sed in
vſu freqniori est moyses interpoisto. y.) & Heltas in claritate magna. Moyses.
& Petrus qui dicit. domine bonum est nos hic esse: faciamus hic tria tas-
bernacula. &c. (Solemnitas ergo festiva) id est ad festum pertinens & io-
cunda (recurrit) id est ad uenit nobis annua. i. q̄ singulis annis (qua). i.
int qua(proles inclyta dei) id est ineffabilis filius dei (fulsit) id est splen-
duit (paterna gl̄ia) . i. diuinitate in qua patri manet semper equalis.

Perspicuo nam lumine
Candido tectum pondere.
Christum in aruō hac die
Clari viderunt heroes.

¶ Nam clari heroes). s. Moyses &
Heltas & apostoli (viderūt in hac
die lumine perspicuo). i. clara luce,
vel apertis oculis (christū in aruo)
id est in mōte. s. thabor (tectum). i.
superinductum (pondere cādido)
id est clara diuinitatis gl̄ia . heros
autem diuinitus homo est & secū-

dū Augusti. li. x. ci. dei dicitur a iunone q̄ grāce hera appellat: quo nomi Heros.
ne scđm grēcor̄ fabulas: qđā ei⁹ filius appellatus fuit. inde heroes.

O quam digna celebritas
In qua polorum dignitas:
Telluris huius infima
Irradiauit nubila.
bras mūdanas (hu⁹ telluris). i. huius mortalitatis quā ipse assumperat.
O clientes eximij
Qui huius tan egregij

¶ O q̄ digna celebritas). i. q̄ admi-
rabilis festiuitas (in q̄ dignitas po-
lorū). i. christus Iesus celorum gl̄ia
(irradiauit). i. clarificauit (nubila
infima). i. mundum ipsum vel tene-
bras (eximij). i. o famuli glo-
riosi dñm deū coletes (q̄ viderunt
suis oculis). s. ppr̄hs (clarū dēcus)
id est immen-

Expositio hymnorum.

Id est immensam gloriā (huius prodigiū) id est miraculi (tā regnū). i.
tā ineffabilis & inauditi quale erat
deum videri in terra ab oculis mortali
tum in ea claritate corruscante, qua in celo residet semper.

Clarum decus prodigiū
Suis viderunt oculis.



¶ Concludit & petit dei adiutoriū
dicens (tu nate vnicē) id est primos
genite patris (refoue) id est respice
& adiuua (clē). i. pie itare solita (cū
Eos qui colunt hodie deuote festū
tuę glorię). i. tuę glorię se trāfigū
rationis. Laus p̄t inuisibili vt sup̄.

Tu nate patris vnicē
Cunctos celmenter refoue;
Qui tuę festum glorię
Deuote colunt hodie,

Carmen est dimetrum iambi, cā come. Canitur in festo
beati Laurentij ad horas vespertinas, cuius martyriū
describitur; & constantia in passione demonstrat.

¶ Materia praesentis hymni est age
agere laudes beati Laurentij martyris: eiusq; constantiam in passione
expicare. ad quod incitat fidelium
chorus. inq; ergo (chorus noster)
id est nostra congregatio. s. fidelium
(exultet) id est letetur (solemniter)
id est cum solemnitate maxima (&
concorditer in hoc festo Laurentij nesci) id est ignorantis (flecti). i. mo-
ueria rectitudine fidei. & hoc (tormentis) id est passione: quia nunquā in
martyrio negavit christum. dictus est autem Laurentius a lauro: quia vi-
ctoria obtulit in sui passione. quasi lauream coronam tenens.

¶ Horus noster solemniter
Exultet Et concorditer:
In hoc festo Laurentij
Tormentis flecti nesci.

Laurenti

Beatus Laurentius natione hispanus romę eruditus ab ipsis in cuna
bulis christiani: & beato Sixto pa-
pa factus diaconus ministrabat, cui
Sixtus tentus a Decio Cesare the-
sauros ecclesie commēdauit: qui ac-
ceptos pauperibus erogauit. Tunc
Decius (petit) scilicet a beato Lau-
rentio (reddi sibi quam totius) id est citius (quos Laurentius dispersit
felicius erogando)

Reddis sibi quam citius
Thesauros petiit Decius:
Quos dispersit Laurentius
Erogando felicius,

¶ Postquam Decius cognouit the-
sauros esse a Laurentio pauperib;
distributos (furens ira prænīmia)
id est maxima (recurrat ad supplicia). s. ingerenda Laurentio (speras
flectere). i. inclinare (suis tormentis
sanctū dei) ad idola colēda (sed temere)
id est stylite hoc sperabat,

Furens ira prænīmia
Recurrat ad supplicia;
Sperans tormentis flectere
Sanctum dei sed temere.

Ligatis

Ligatis fute manibus
Rotatur super ignibus;
Candescente craticula
Stridet quecꝫ particula.

quecꝫ particula scilicet sui corpꝫ oris stridet idest sonat diuidebantur enim eius membra in craticula candescente idest ignita craticula dimis nutiuum ab hoc nomine crates: & est instrumentum ferreum quo utimur Craticula ad assandum. Exodi.xxvii.craticulamq; in mundum retis Eneam.

Caro stridet & crepitat:
Martyr insultans clamitat;
Regira tortor corpora
Assata sunt incorpora.

Decium regira idest reuolute me & manduca quia iam assasti vna partem: gira & manduca aliam: dicit hostiaria nā assata sunt iam corpora.
Regira tortor. Nota etiā q; aliter legitur textus iste. s. regira tortor corpora. Assata sunt incorpora. i. iterfice & sine anima relinque. verbū nāq; est corporo. as. vnde cōcorporo & incorporo: q; hispanice dicitur incorporar quando vnu relicto esse priori: efficitur cum alio vnum corpus.

Sit christo regi gloria:
Qui iuste pensat omnia:
Pro se passis supplicia
Digne rependit p̄mja. Amē.

Carmen est quale superius in qualitate & materia.
Et canitur ad horas matutinas.

O Mira patientia
Mēbra torrentur omnia:
Ipse tamen tortoribus
Spretis insultat ignibus,

tur assando tamen ipse scilicet Laurentius(insultat) idest illudit tortorebus(ignibus spretis) pro gloria paradisi.

Sequit ignis exterius
Intus sequire nescius:

Tuuc Laurentius iusso Decij ces faris ea tempestate imperantis rotatur. idest invertitur admodum rotæ in circuitu sup ignibus) manibus scilicet prius ligatis fute idest corda vel aliquo ligamine (& quecꝫ particula) scilicet sui corpꝫ oris stridet idest sonat diuidebantur enim eius membra in craticula candescente idest ignita craticula dimis nutiuum ab hoc nomine crates: & est instrumentum ferreum quo utimur Craticula ad assandum. Exodi.xxvii.craticulamq; in mundum retis Eneam.

Caro stridet idest sonat assando (& crepitat) idest fnditur, seu appetitur cum sono. frequentatiuum est a crepo. pas. & (martyr) scilicet Laurentius(insultans) idest gaudes & irrides tortores(clamitat) idest vociferatur: dicens o tortor idest o carnifex. poterit dirigi sermo ad

(manduca) quia iam assasti vna partem: gira & manduca aliam: dicit hostiaria nā assata sunt iam corpora.

Regira tortor. Nota etiā q; aliter legitur textus iste. s. regira tortor corpora. Assata sunt incorpora. i. iterfice & sine anima relinque. verbū nāq; est corporo. as. vnde cōcorporo & incorporo: q; hispanice dicitur incorporar quando vnu relicto esse priori: efficitur cum alio vnum corpus.

Cōclusio est hymni ad laudem & gloriam dei: qui pro se passis digna rependit p̄mja (gloria sit xpo regi qui pensat). i. p̄oderat & gubernat ordmando omnia(iuste & rependit). i. dat p̄mja(digne) idest secundum merita & ultra(passis p̄ se supplica) idest tormenta & passiones.

Presentis hymni materia tractat de laudibus beati Laurentij, demostrat autem eius constantiam in patiendo: intercessionemq; eius apud deum petit. dicit ergo (O mira patientia) idest admirabilis & laudata(membra omnia) scilicet sancti Laurentij(torrentur) idest adurū

(Ignis) scilicet materialis(fuit) idest crescit(exterius) idest extra corpus beati Laurentij: quia nō deficiebant

Expositio hymnorum.

ficiebant alimenta(nescius sequire)
id est furorem immittere(intus). i.
intra corpus & viscera eius, nā(al/
ter ignis. s. sancti spiritus interior
& potentior) propter feruorem patiendi(resistit) id est vincit exteriorē
ignem a persequentibus sanctorum dei illatum.

Clima.
¶ Tangit breuiter originem beati
laurentij, dicens (ortus) id est oriūs
dus fuit beatus Laurentius (clima
te hispano) id est ex partibus hispa
nie: quia hispan⁹ fuit. Clima enim
pars terre dicitur, sunt autem septē
climata diuersis disiuncta nomis
nibus. vt videre est de climatibus
in sphera, vbi multa loānes de sacro busto (& subsistit) id est stetit. rome
ad uerbialiter. id est in rome (dogmate) id est pro dogmate: hoc est erudi
tione. nam rome eruditus fuit: vel pro doctrina fidei christiane extollen
da (& renascitur) id est iterum nascitur quantum ad gloriam martyrio
partam (laureatus martyrio) id est velut laureis fertis martyrio coro
natus per Vecium imperatorem.

¶ O foelix permutatio scilicet tem
poralis vite cū æterna & (martyr
foelix) id est sanctissimus (in cäbō)
id est in permutatiōe vite (qui gau
det summo æterno) id est gloria per
petua(p breui supplicio) id est pro

Grego.

Eiusdem sancti Laurcn̄t̄ glorio
sam intercessionem imploramus.
(o martyr dei laudabilis tu adsis no
bis pacabilis) id est placidus & mi
tis. i. faueto nobis (vt locus venie)
id est peccatorum remissio sit no
bis apud regem gloriae sempiterne
qui est Iesus christus filius dei.

Carmen est quale illud primo dierum. Canitur in festo
diui Martini; cuius laudes prosequitur.

Autor commēdat & laudat deū
de cōuersione & habitu beati Mar
tini: q̄a h̄c pauper & modicus cō
lum diues ingreditur: quia per con
stantiam fidei confessionem trini
tatis tria corpora mortuorū quo
rum anime detenebantur clausæ in
inferno resuscitauit, rogat itaq; domī: vt sicut per confessionem sancte
trinitatis

Nam resistit potentior
Ignis alter interior.

Ortus hispano climate
Rome subsistit dogmate
Renascitur sub Decio
Laureatus martyrio.

O foelix permutatio
Foelix martyr in cambio:
Qui pro breui supplicio
Aeterno gaudet premio.

Martyr dei laudabilis
Nobis adsis placabilis;
Ut apud regem gloriae
Per te sit locus veniae.

R Ex christe Martini decus
Hic laus tua tu illius;
Tu nos in hunc te colere
Quin ipsum in te tribue.

Trinitatis tres mortuos suscitauit ab inferno: ita suscitet nos a peccato:
& sicut induit pauperem parte sua clamidis: sic nos induat iustitiam.
(O christe rex)xterne(decus) idest honor Martini(iste) idest Martinus
(est tua laus: tu es laus illius) Martini tui(tribue nos colere te in huc).
Martinu(quin).i. insuper tribue nobis ipsum Martinu(colere in te xpo).

Qui das per orbis cardines
 Q uod gema fulget presulū:
 Da quos p̄mit culpe graues
 Soluat per ingens meritum.

En pauper hic & modicus
 Cœlum diues ingreditur:
 Cœli cohortes obuiant
 Lingue; tribus; gentes; ouāt.

Vt vita fulget transitus
 Cœlis & aruo splendidus:
 Gaudere cunctis pium est:
 Cunctis salus sit hic dies.

Sit trinitati gloria
 Martinus vt confessus est:
 Cuius fidem per opera
 In nosmetipso roboret

MAartine par apostolis
 Festum coletes tu soue:
 Qui viuere discipulis
 Vis aut mori; nos respice.

& quia globus igneus. scilicet spiritus sanctus descendit super eum(tu fo
 ue) idest resuscita a peccato(coletes tuum festum qui vis viuere aut mo
 ri discipulis) idest ad utilitatem discipulorum: quia nec mori timuit: nec
 viuere recusauit. vnde & ipse effundens orationes apud dominum. ait.
 O domine si adhuc populo tuo sum necessarius. non recuso labore: fiat
 voluntas tua. quia nec viuere nec mori recusasti. ideo(respice nos) vt tuis
 meritis & precibus mundo corde & casto corpore existentes: aulam coe
 li ingrediamur: sicut fecisti in tempore tuo prelatos ecclesie famulos.

K n O Martine

Tu qui das q Martinus(gemma
 existens presulum) i. episcoporum &
 & sacerdotum(fulget) idest splen
 det(per cardines) idest p angulos
 (orbis) idest per quattuor partes
 mundi(da) idest concede vt Marti
 nus soluat per ingēs meritum nos
 (quos graues culpæ). i. criminalia
 peccata(premunt). i. derinent.
 En i. ecce(hic) .f. Martinus(paupi
 in diuinitis(& modicus). f. in perso
 na corporis(diues) in virtutibus
 exeundo de mundo(ingreditur cœ
 lū cohortes) idest exercit⁹ cœli ob
 uiāt ei(lingue), f. oēs trib⁹ isti iudei(gētes) i. gētiles(ouāt) i. applaudūt.
 Ut pro sicut(vita) illius(sic
 tristis) idest obitus eius(fulget)
 idest resplendet(cœlis). i. in cœlo(&
 in aruo) i. in terra seu in mūdo. trā
 situs dico(splēdidus) & ideo quia
 fulget(pium est gaudere cunctis)
 hominibus(& hic dies) idest hoc
 festum. sit salus cunctis.

Sit gloria trinitati idest patri &
 filio & spiritui sancto(vt) pro sif
 cut(Martinus confessus est) scili
 cet. fide & opere fidem cuius Mar
 tini & ipse deus roboret in nobis.
 In hoc hymno commēdat autor
 beatum Martinum per constan
 tiam fidei eius: quam habuit in su
 scitatione trium mortuorum(O mar
 tine par apostolis) idest æqualis su
 scitatione mortuorum triū: q̄a tres
 mortuos suscitauit(vt apostoli)

beatum Martinum per constan
 tiam fidei eius: quam habuit in su
 scitatione trium mortuorum(O mar
 tine par apostolis) idest æqualis su
 scitatione mortuorum triū: q̄a tres
 mortuos suscitauit(vt apostoli)

Expositio hymnorum.

CO Martine fac) id est effice nunc
hoc presenti tempore. s. nos esse ius-
tos(qđ gesserat), i. feceras(olim)
predicando(clarifica) id est illumi-
na(nūc p̄sules ecclesie) id est platos
(auge decus ecclesie & relide) id est
frange vel reprime) fraudes satanæ) id est diaboli aduersarij.

CT u qui euiceras pro euicerasti)
scilicet euacuasti(chaos) id est infer-
num(ter) id est tres mortuos susci-
ta stitu qui ter intrasti in inferum,
resuscitando tres mortuos(suscita-
nos mersos). i. mortuos (reatu). i.
culpa per peccatum primi parētis.
scilicet Adx & propria culpa (vt)
pro scut(diuferas clamicem) pauperis(indueris nos iustitiam).

COMartine subueni) i. succur(mo-
naстico ordinu) id est ordinu mona-
chorum (iam lapsu) id est relapso
in peccatis (pene) id est fere. & ad
quid? vt recorderis quondam tuæ
spiritualis gratia.

Carmē est quale illud pange lingua. Canitur ad horas
vespertinas in festo beatae Catharīnæ ; ad quod cele-
brandum nos incitat; & martyrium describit.

CPresens hymn⁹ p materia seruat
nos primū icitare : vt corde & ore:
& debita reverētia collaudem⁹ bea-
ta virginis Catharīnæ merita des-
inde describere eius martyrium &
constantiam in patiendo demōstra-
re. necnon miracula ab ea in eadem
passione celebrata. dicens. collauda-
mus(id est nos omnes christicole si-
mul laudem⁹ (insignia) id est merita vel representationes virtutum Ca-
tharīnæ (& presentem⁹) id est offeramus ei(obsequia) id est seruitia: lau-
des & reverētia (cordis & oris) id est corporis & animæ nostræ (vt re-
portem⁹ (ab ipsa laude). s. nostra) premia (equa) id est cōdigna. nā in per-
sona ecclesiæ loquitur: cuius laus perfecta est. vel dic(ab ipsa) scilicet Cas-
tharina. Nomen autem & parentes: & multa alia de beata Catharīna vi-
dere cupiētes; remittimus ad catalogum sanctorum. & sequitur discur-
sus Catharīna per. a. & non per. e. a catharos quod est purus. vel cathari-
zo purifico. legendum est. non autem quasi vniuersorum ruina: vt ille fa-
bulatus est qui scripsit librum: qui dicitur legenda aurea.

Fac nunc quod olim gesserat
Nunc p̄fules clarifica;
Auge decus ecclesiæ
Fraudes relide satanæ,
at. suita

Qui ter chaos euiceras:
Mersos reatus suscitat:
Diuferas & clamidem
Nos indue iustitiam.

Vt spiritualis gloriæ
Quodam recorderis tuæ
Monastico nunc ordinu
Iam pene laps⁹ subueni.

CAtharīnæ collaudem⁹
Virtutum insignia
Cordis ei presentem⁹
Etoris obsequia:
Vt ab ipsa reportem⁹:
Aequa laude premia,

Fulta

Fulta fide Catharina
Iudicem Maxentium:
Non formidat lex diuina
Sic firmat eloquium:
Quod confutat ex doctrina
Doctores gentilium.

exercebat. vel Constantinus: qui ex traditione paterna imperium sumpsit: fuerit: sub qua martyrizata est Catharina: ad hoc sub iudice lis est. Quia hi tres secundum cronicas tunc temporis imperabant. Sed Maxentium tenet ecclesia. nam scilicet (lex diuina) idest christus quem in pectore pro clipeo gestabat Catharina (sic firmat) idest fortificate eloquiu Catharine (q confutat eoram imperatore) idest vincit & cōfusos facit (ex doctrina) scilicet eorum: hoc est ex principis philosophie. velex doctrina euangelica (doctores gentilium) quos adduxerat imperator ut disputerent cum Catharina. Erant autem quinquaginta qui in sapientia inunda omnes mortales excellebant & venerant ex diuersis prouinciis immensa munera accepturi si Catharinam vinceret. fuerunt tamen victi ab ea & conuersi ad dominum. vt sequitur.

Victi christū confitentur
Relictis erroribus:
Iudex iubet ut clementur:
Nec pilis aut vestibus
Nocet ignis: & torrentur
Inustis corporibus,

(tamen torrentur). i. pro christo cremantur & martyres efficiuntur (corporibus) scilicet eoru (inustis) idest nullo igne tactis. qd ut referit histria per dei p̄seruationē flāmis iniecti sine leſione animas dño reddiderūt.

Velut aurum comprobauit
Fornacis adustio:
Nam quos foris conseruauit
Christus ab incendio;
Coxit intus & purgauit
Fides & confessio.

p̄tissimae sanguinis: qd triplex est baptismus. s. fluminis, flaminis, & sanguinis (coxit & purgauit) idest intra pectus (quos christus cōseruauit) idest liberauit foris ab incendio corporeo. quia eorum corpora incombusa: post fuerunt secrete sepulta a christianis.

Catharina fulta idest premunita (fide) scilicet christi (nō formidat) idest non timet (iudicē Maxentii) idest imperatorē Maxentii cēsarē ea tempestate Rōmē imperatē. si autē Maxentius qui romē a p̄torianis militibus Augustus appellatus est. vel Maximinus: qui in orientē te contra christianos tyrannidem

Victi scilicet doctores isti a Catharina (confitētur christū: & hoc erroribus suis relictis) idest p̄ christo spretis deorum suorum culturis & ppteris (iudex) scilicet Maxentius (iubet ut clementur) idest ignibus tradantur in medio ciuitatis (& nec ignis nocet pilis eoru) vel pilis pro capillis aut vestibus: quia nec vestes comburebantur &

Prosequitur explicans qualiter fuerunt ille si doctores ab igne exteriori: non tamē ab interiori sancti spiritus. dicēs p̄ cōparationē quod (adustio fornacis). i. incendiū comprobauit doctores illos (velut). i. sicut aurum probatur in igne. nam fides & confessio suorū errorum. vel sancte & indiuidue trinitatis: quia mediate tunc baptizati fuerūt bas

Expositio hymnorum

¶ Post hęc idest post martyrium
doctorum rex scilicet Maxentius
(molitur scilicet tribus vijs, blādijs,
tjs, promissionibus, verberibus)
idest procurat & properat (sed uce
re) idest subuertere (virginem) scilicet
Catharinam blandis f. verbis
sed (nec emolitur), i. delinif & mo
uetur a fide christi (pmissis) idest

policitationibus regis. dixit enim rex . sacrificia dñs & eris vx or mea: &
veluti dea adoraberis (nec terretur verbere) idest tormento: quia similis
ter dixit rex: amittes caput, cui ipsa, fac quecunq; animo concepisti tuo:
sequitur (compeditur) idest compedibus ligatur: & (clausa) idest reclau
sa (carcere tetro) idest obscuro (custoditur) idest a militibus obseruatur
& per duodecim dies fame cruciatur.

¶ Hic idest tūc cum se rex videret
illusum (furit) idest furore incita
tur & (tabescit) idest perturbatur
& ira maxima corrūpitur (& nec
capitur intra se) idest a sensu defisi
cit: propterea (quod nox) idest ob
scuritas noctis (nescit noctē) idest
non habet obscuritatem ibi in car
cere Catharinæ & furit etiā qd nox
vertitur in diem: quia ita erat clara ac si esset dies. ingressa namq; regina
illam inestimabili claritate fulgentem, & angelos eius plagas purgantes
inuenit (multa turba) scilicet angelorum & virginum (crescit) idest ac
crescit (soli) scilicet Catharinæ & (iejuna reficitur) idest satiatur. nā per
eos dies missa de celo candida columba: cœlesti eam pascebat alimento.

¶ Porphyrio fuit hic princeps mil
tum vir nobilis: consiliorum regis
intimus custos: & solarium in las
boribus ipsius imperatoris & des
clinaf Porphyrio. q. nā porphyrio.
onis. pro aue & pro commentatos
re Horati tantum. ergo (ne lumen)
idest ne vita, vel dic (ne lumen) scilicet
coeleste (claudatur clause) scilicet
Catharinæ. sine testimonio il
lius rei: & miraculo ostensione (elueet) alias illucet etiam Porphyrio cum
regina. nam ambos conuertit Catharina ad fidem christi. hoc est ante qd
moreretur Catharina. vel lumen coeleste recederet ab ea: ad confirmatio
nem veritatis: quam p̄dicabat Catharina: cōuertitur Porphyrius ad ve
rum deum cum ducentis alijs (qui foederatur) idest coniungitur (reginæ
collegio) idest societati fidei. coniungitur reginæ. intellige vx ore im
peratoris: que absente marito amore Catharinæ subcensa cum Porphy
rio ad carcerem virginis accessit media nocte; & cum clarum & angelis
sociatum

Post hęc blandis rex molitur
Virginem seducere:
Nec promissis emolitur
Nec terretur verbere:
Compeditur; custoditur
Tetro clausa carcere,

Hic rex furit & tabescit;
Nec intrase capitū;
Quod nox ibi noctē nescit;
Nox in diem vertitur;
Soli turba multa crescit;
Iejuna reficitur.

Claude lumen ne claudatur
Illucet Porphyrio:
Qui reginę foederatur,
Fide collegio;
Quorum fidem imitatur
Ducentena concio,

Sociatum inuenissemus supra diximus. a Catharina cōuersa est ad christum: cum Porphyrio & ducentis militibus eius: veniente tamen marito extra eis prī mammillis cum militibus est decollata (quorum fidem) scilicet regina & porphyry (cōcio) idest copia ducentorum virorū (imitatur.) idest sequitur.

Huius ergo concionis

Concordes constantia:

Vim mundanę passionis

Parī patientia

Supere mus: vt cum bonis

Lætemur in gloria. Amen.

tria: vt lætemur pariter cū bonis in gloria per infinita s̄eculorū sc̄la. Amē.

Carmē est quale superius. Canitur in eadem festiuitate ad horas matutinas; & in eadem materia versatur.

P Ange lingua gloriose
Virginis martyrium:
Gemmæ iubar preciosæ
Descendat in medium;
Vt illustret tenebrose
Mentis domicilium.

dando (martyrium virginis gloriose) scilicet Catharinæ (iubar) idest Iubar; maiestas vel splendor diuinus (gemmæ preciosæ) idest Catharinæ. vel potius christi Iesu eius sponsi. nam licet iubar sit stella que ante solis ortum nascitur. scilicet lucifer dicta quod iubata appareat. & claritas solis vel alicuius syderis: & sumatur pro splendore auri vel alicuius rei. tamē pro christo melius sumitur: vt in hymno sancti Ioannis. Iubar a futurū. idest christum descendat in medium: vt illustreret) idest clarificet (domicilium) idest habitationem (mentis) nostræ. scilicet (tenebrose) idest obscuræ animæ clausæ in corpore subditio peccatis.

Virgo poenitiam attrita
Rotarum patibulo;
Präsentatur premunita
Fidei signaculo:
Genui electi orat ita:
Circumstante populo,

